Jrca 2m sciendū q spēs iuramēti sūt due. s. iuramētū assertorium: et pmissorium. Assertoriū est qn iurat aliqd de pnti vel de pterito sic esse vel nō esse: fuisse vel non fuisse. Pōt etiam fm Rod. fieri de futuro: vt cū quis iurat aliquid futurū eē non pmittendo aliquid: vt si quis iurat q cras pluet vel ninget: et hi'. Juramētū pmissoriū ē cū quis iurat se aliquid daturū vel facturū: vel non daturum vel non facturū. Sūt et alie diuisiones iuramēti que ptinēt ad forum iudiciale: de quib' ē aliquid breuit dicendū vt habeatur aliqualis noticia ipsorū. Juramētū enim assertoriū ē triplex. Unum est voluntariū qd defert ps parti ex cōuentione extra iudicium. Et dicit voluntariū qr voluntarie defertur et suscipit. Alterū est necessariū qd. s. iudex dfert pti in defectū pbatiōis: vt qn habet tm vnum testem. Et hoc dicit necessariū: qr non pōt recusari nisi ex iusta cā: puta qdo dubitaret ille cui defert. Cum eni hoc iuramētū fit de veritate dicenda: in hoc casu si nō admittit recusatio pōt appellari. 3m est iudiciale: qd in iudicio pars dfert parti. Et hoc pōt recusari nisi fit aliquis cōuentus actiōe famosa: vt furti rerum amotarum: et hi'. Hec Goff. ti. de iureiuran. et Ber. extra. eo. c. vlti. et plura alia de hac materia. Jtem quadruplex est iuramētū. s. de calūnia. de malitia. de veritate. decisoriū. Juramentū de calūnia vitanda. s. vel nō cōmittenda est cū quis iurat se nō oio calūniandi: sed bona fide questionem mouisse et mouere: et similit reus iurat se non omnino calūniādi resistere. Et cōtinet hoc iuramentū quinqz. s. q credat se bonam causā habere: q interrogatus non negabit: q verum esse credet: q non vtetur scienter falsa probatione: q dilationem non petāt in fraudem: q non dedit nec dabit nec promittet aliquid p hac causa: nisi personis illis quibus leges permittunt. Unde versus. Jllud iuretur q lis sibi iusta videtur. Et si queretur verū non inficietur. Nil promittetur nec falsa probatio detur. Ut lis tardetur dilatio nulla petetur. Juramentum vero de malitia. scz vitanda vel non cōmittenda differt a iuramēto calumnie in pluribus: quia iuramentū calumnie prestatur tantum post litem contestatam: et tantum semel in tota lite ab eadē persona. et hab3 locum tantum in prephanis siue in temporalibus causis: tam criminalibus q ciuilibus: non autem in spiritualibus vel ānexis spiritualibus: et per ipsū prouidetur ne qd fiat calumniose in tota lite. Juramentum aūt malicie prestatur et ante litem contestatam et post: et prestat totiēs quotiēs aliquid pponit i iudicio: vel petit fieri qd ex malitia pcedē psūitur: et h3 locū tā in pphāis q i spūalib': et p ipz puidet ne qd malitiose pponat vel petat. 3m iuramentū. s. de veritate dicenda differt a iuramēto calūnie: qr pstatur in causis spūalibus

illud aūt non. Iterum etiam respondetur i eo de eo qḋ quis scit. Unde debet ibi responderi simpliciter: scio vel nescio: sed in illo rūdet de eo qḋ quis credit fm Goff. sȝ fm Inno. et Hosti. extra. eo. litteras. etiā in hoc respondet de eo quod quis credit. Item illud ɔtinet plura capt'a vt habitū est s. q locū in hoc nō hn̄t Item in illo dilatio nō impetraṫ cū statim respondere possit credo vel non credo. Secus est in hoc qn̄ respōdere dȝ qs de veritate quā nollet ab alijs discere. Quartū iuramētū .s. decisoriū deferṫ tā in cāis spūalibus ꝙ nō spūalibus reo: actore sufficient nō ꝓbāte: nisi iudx inspectis psonarū ꝛ cause circūstantijs: illud actori viderit deferendū. Hec dicit Goff. ti. d iura. calū. ꝛ Ber. extra eo. inherentes. ꝛ. c. cum causam. Et dimisi ꝓbatiōes grā breuitatis: qꝛ hec nō sūt intētionis pn̄tis. Nota tn̄ ꝙ fm Ber. extra eo. lrās. magis videṫ iurandū d calūnia in causis spūalibus ꝙ in alijs: qꝛ in illis piculosius calūniose litigaṫ. Unde ꝛ hodie i cāis spūalibus iuraṫ de calūnia ꝛ de veritatē: vt pȝ li. 6°. ti. eo. si de calūnia. Est etiā aliud iuramētū quod diciṫ iuramētū in litē. Et in hoc iuraṫ de affectiōe: vt cū quis iurat ꝓ quanto nollet re carere: puta ꝓ. c. Qn̄qȝ etiam dicitur iurare quis in litē cū iurat rem tanti esse pcȝ: vel fuisse. Et de hoc. C. eo. l. i. ꝛ. ff. de in litēȝ iurando. l. fine. Quid si agā cōtra te rei vēdicatiōe: ꝛ tu scias rē esse meā: ꝛ nihilominus tu velis resistere ꝓpter actionē de euictiōe: nunquid iurando de calūnia peccas? Videṫ ꝙ sic quia negas reȝ esse meā ꝛ mētiris? Rn̄o Gof. cōsulit in sū. ti. de iura. calū. vt post libellū porrectū cōfitearis veritatē: nec de calūnia iurabis ex quo fateberis rē esse actoris ꝛ non minus cōueniret stipulatio de euictione.

Irca tertiū articulū queruṫ p'ra scilicet. Utrū liceat iurare per deuȝ? Rn̄o ꝙ sic. Et hoc patet primo auctoritate sacre scripture. Diciṫ eni Deut°. 6. Dn̄m deuȝ tu. ado. ꝛ illi soli seruies. Ac p nomē illius iurabis. Itē legiṫ dn̄s in veteri testamēto iuraſ se in pluribꝰ locis. Un̄ in ps. Iurauit dn̄s ꝛ n̄ penitebit eū. Et hoc ad ostendēdū imobilitateȝ eius qḋ diciṫ: vt habeṫ ad Heb. 6°. Immo etiam pcepit in veteri testamento Leuit. x°. Reddes dn̄o iuramēta tua. Un̄ dicit Augꝰ. in sermone de verbis apl'i. Si peccatū essȝ iuratio: non diceret in lege: reddes dn̄o iuramēta tua. Reddimus aūt dn̄o iuramenta quando iuramus per deū. 2° patet hoc rōne. Et p̄mo rōne originis: qꝛ iuramētū est introductū ex fide qua credūt hoīes habere deū veritatē infallibilē: ꝛ omniū cognitionē: ꝛ puisionē vniuersalē. 2° rōne finis: quia iuramētū introducitur ad certificandū hoīes: ꝛ finiendū cōtrouersias: vt diciṫ ad Heb. 6°. Solo eni iuramēto creditur: qn̄ de cōscīa alicuius dubitaṫ. extra de sen. excō. si vero aliquis. Sed obijcitur cōtra p̄dicta illud Math. 5. Ego dico vobis nō iurare oīo. Et illud Iaco. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare? Rn̄o. Quidā heretici. s. manichei dixerūt omne iuramētū eē illicitū: nō tm̄ iuramētū factū p creaturaȝ: sed etiā factū per deū. Et occasionē hiꝰ erroris sui sumpserūt ex verbis premissis: qꝛ nescierunt distinguere: ꝙ aliū sensū facit negacio p̄posita vniuersali signo: aliū post posita. Preposita. n. equipollere facit particulari negatiue: postposita vero suo ɔtrario. i. vniuersali negatiē. Un̄ differt dicere: nō oīs hō currit: ꝛ oīs hō nō currit. Deus aūt nō dixit: oīo nō iurab: sed dixit: nō iurabis oīo. Un̄ nō ꝓhibuit oēȝ iurationē sed ꝓhibuit ne iurareṫ oī mō ꝛ sine oī causa. Un̄ Augꝰ. li° de mēdacio. Hoc ideo dictum est. s. ne iurando ad facilitatē iurandi veniatur ꝛ ex facilitate ad cōsuetudinē. ꝛ ex cōsuetudine i piuriū decidaṫ. Eccl. 24°. Uir multuȝ iurans reple. iniquitate. Quare ergo diċ dn̄s i euangelio sit sermo vester. est est nō nō? Rn̄o Quia affirmatio vel negatio q̄ est in corde debet esse in ore. Sed qꝛ hominū malitia crescēte nō crediṫ simplici assertiōi: iō adiūxit. Qḋ amplius est: a malo est. nō. s. culpe: sȝ pene: nō iurantiū: sed iuramentū exigentium. Nam incredulitas hiꝰ magis est pena ꝙ culpa. Unde non dixit. malū: sȝ a malo. Nec tibi forte videatur ꝙ deus in testē inuanū inuoceṫ: eo ꝙ nō apparet ꝙ deus ꝓ ipso qui iurat p eum testificetur: quia fm Rich. 3. di. 39. q. i. ar. i. c. 3m. si debito mō inuocetur manifestat vtrum verū sit quod diciṫ aliquando in vita ista: vel mouendo corda iudicis ꝛ aduerse partis per aliquaȝ latētem inspirationeȝ qua creditur iuranti: vł ponendo in palam factum pro quo iuraṫ: vel dando constantiam cordi ꝛ verbo iurantis: q̄ quandaȝ probabilitatē aggenerat ꝙ iureṫ verum: vel puniendo mentientem: ꝛ tunc est simul testis ꝛ iudex. Et si deo non placet i hac vita testificari per aliquod signum: procerto tamen testificabitur in futuro quando illumiabit abscondita tenebrarum ꝛ mani. consi. cor. vt dicitur. i. Corin. 4. Utrum iurare per deum sit actus bonus ex genere vel actus indifferens? Respondeo fm Rich. vbi s. ar. eodē c. Actuum quidam in se ordinem rationis includunt siue legis eterne: vt diligere deum ꝓpter se. ꝛ super oīa. ꝛ assentire prime veritati ꝓpter se. Et huiusmodi actus non possunt eē nisi boni: ꝛ iō nō tm̄ sūt simpl'r liciti: sed ēt simpliciṫ appetendi. Aliq vero i se icludūt aliqḋ

oppositū ordini rōnis:siue ordini legis eťne: vt adulterari: ⁊ plures alij. Et hi ñ pñt eē nisi mali:⁊ ideo sūt illiciti ⁊ simpliciter fugiendi. Aliqui aūt nō includūt in se ordinē p̄dictum: nec aliquid ei oppositum. Et hi sūt liciti. quia possunt bene fieri: non tñ sūt simplicit appetē di. quia pñt male fieri. Et talis est act⁹ iurādi per deum. Sicut .n. dictū est ś. iurare per deū est ipsuз aduocare ī testeз assertōnis sue. Nō autē q̄libet assertio ē debita materia inuocationis talis testis. nec q̄libet est illicita materia Jdeo actus iurandi per deū ī ista generalitate dictus non est moraliter bonus neq̧ mal⁹ ex genere. Jurare tñ vex̄ p deū est actus bon⁹ ex genere:q̄a transit sup materiam debitam. Sз quia adhuc non includit ordinem ratiōis simpliciter:nec aliquid incompossibile ei ideo iurare verum fieri pōt bene ⁊ male. Si autē act⁹ iurandi sit circūstātionatus trib⁹ comitib⁹ includit in se simplicit ordinē rōnis:⁊ iō non potest esse nisi bonus. Unde nō tm̄ est licitus :sз etiā appetendus. Hec Rich. ibideз. Et q̄ act⁹ indifferens pōt esse diuersis ex causis occasio cadendi in malū:⁊ vitandi malū:iō domin⁹ monet ⁊ inducit homines aliq̄n ad iuranduз per deū:vt in veteri testamēto:vt p hoc reuocarent a iuramēto idolorū cū dicebat:reddes dño iuramēta tua. Aliq̄n retrahit:vt in nouo testamēto:vt ostendat piuriū esse fugiendum Hec Boñ.3.di.39.q.2.ar.1.c.in fine. Utrum iuramētū factū per deū sit appetēdū ⁊ frequētandum tanq̧ vtile ⁊ bonū R°. q̄ nō. Uñ Eccle.23. Uir multū iurans implebit iniq̄tate. Et Aug⁹.in li°cōtra mēdaciū dicit:q̄ p̄ceptuз de phibitione iuramenti ad hoc est positū :vt q̧ tū est in te nō affectes:nec quasi p bono cū aliqua delectatione appetas iusiuranduз. Ad cuius euidentiā cōsiderandū est:q̄ illud qō ñ q̄ritur nisi ad subueniendū alicui defectui: nō numerať iter ea que sūt per se appetēda:sз inť ea que sūt necessaria:vt patet d̄ medicina que queriť ad subueniendū infirmitati. Juramentum aut queriť ad subueniēdū alicui defectui quo.s. vnus homo discredit alteri: ⁊ iō nō est habendū inter ea que sūt per se appetēda: sed iuter ea que sūt huic necessaria:quib⁹ vtiť indbite quicunq̧ vtiť eis vltra necessitatē. Uñ Aug⁹.li°.de sermone dñi in mōte dicit. Qui itelligit nō in bonis.i.per se appetendis:sз ī necessarijs iuratiōnē habendā se refrenet quantū pōt vt nō ea vtať nisi necessitas cogat. Hec Tho.2ª.2ᵉ.q.89.ar.5.c. Et iō Jaco.5° diċ. Nolite iurare:ostendens nō tm̄ esse vitandū actū iuratiōis sine causa:sed etiā affectū. Unde mouemur circa actū iuratiōis pp̄ter periculū periurij vitare cōsuetudinē ⁊ etiā actū p̄ter necessitatē:⁊ vitare affectū:⁊ ad iurandū non debз quis ire nisi coactus. Si aūt actus iurādi p deum sit cū istis tribus comitib⁹.s.cū iudicio in discretione q excludiť in cautela iurandi: ⁊ cū veritate in assertiōe:⁊ ex causa legitima vtēdi talis testis inuocatiōe:sic includit in se simplr ordinē rōnis:⁊ est latrie actus. Qui eni deum inuocat assertiōis sue testē:pfiteť in eo infallibilem veritatem ⁊ omniū cognitionē ⁊ puisionē:⁊ sic deo exhibet honorē sibi soli debitum. Et iō talis actus non tm̄ est licitus sз etiam appetendus:q̄ p̄dicto mō circūstātionat⁹ nō pōt esse nisi bonus. Si vero aliquis p̄dictorum triū comitū ibi defuerit includit aliquid incōpossibile ordini rōnis:⁊ iō talis actus est illicitus ⁊ simplr fugiendus:q̄ cū illo defectu nō pōt esse nisi malus. Hec Ric.3.di.39.q.1.arti.1°.c. Utrū liceat iurare p aliquā creaturā? Rño fm Boñ.3.dis.39.q.2ª.ar.2°.c. Juramētū dupliciť hз fieri. Quoddā p imp̄cationē: vt cū diciť:ita viuat filius me⁹. Et sз hanc fōmā iurandi creatura ad testificandū nō inuocatur sed potius ipsi creatori oppignorať fm q̄ diċ Aug⁹.⁊ est licitum:q̄ lз oīs creatura sit creatoris:tñ bonū vel solatiū qō ex creatura recipimus.⁊ est a deo nobiś cōcessū:deo tanq̧ nr̄m oppignorare possumus. Hoc tñ gen⁹ iuramēti fm q̄ dicit Aug⁹.est grauissimuз. Aliud v̄o iuramētum fit per ipsius veritatis testimoniū ⁊ inuocationē:vt q̄n aliquis iurat p aliquem ad inuocandū eum in testē. Potest aūt creatura dupliciter in testimoniū inuocari. Uno mō fm se:⁊ hoc nō lз:q̄ sic crederet q̄ aliq̄d numinis eēt in ea rōne cuius veritas posset dici ⁊ p hi⁹ testimoniū cōfirmari. Et sic diciť Mathe.5°. Nolite iurare. nec per celum : q̄ thronus dei est. Et ibi dicit glo. qō pfectionis ē docuit cū dixit:nō iurare oīo:quod vero supstitiosū est resecauit cum subdit:nec p celum ⁊c. Hec Boñ. ibidem. Siċ etiā intelligiť illud.22. q.1.si quis per capillum.⁊.c.cōsidera. Prohibetur etiam ne iureť p caput vel capillos dei pp̄ter quosdam hereticos qui ex quadā rusti sticana simplicitate dixerūt deū habere humana mēbra cū tñ deus sit spiritus incorporeus vt.24.q.si.c.penul.§.fi.v̄.antropomorphite sic dicti:q̄ deū putabant hominē. Antropos. n. grece diciť homo latine. Persona tñ filij .scilicet xp̄s est deus ⁊ homo:extra de heretī.cum xp̄s. Jurare tñ p creaturas nō est malū vbi ē permissū a iure:neq̧ illicitū fm Hosti. vt diceť .j.post pauca. Qd̄ aūt dictum est non debē p creaturas vel membra creaturarum iurari:verum est ab initio. Hoc eni phibeť ne dei honor ad creaturam transferať. Porro ex quo ē iuratū pinde habeť ac si esset iuratum p deuз

Nam qui iurat in celo iurat in dei throno ꝛ ĩ eo qui sedet sup ipsũ: vt extra.e.de iureiur.ꝛ si xp̃s. Licet eni multa ꝓhibeant tñ facta tenẽt ex.e.queadmodũ.§.ꝙ si p⁹ huiusmodi. Alio° põt creatura inuocari in testẽ in quãtũ relucet in ea diuine veritatis vestigiũ. Et sic licet iurare p creaturam. Hoc eni nihil aliud est ꝙ̃ iurare p eũ qui relucet in creatura. Unde tũc nõ veneramur creaturam ſ; creatorẽ. Et sic dicit Ap̃lus.i.Corin.z. Quotidie morior p gl̃iam vestram fratres. Ubi ſm Aug⁹.iurauit ap̃lus.

Sciendũ aũt ſm hosti.ꝙ iurare possumus p crucẽ sacratã: ꝛ in manu ep̃i.zz.q.5.qui periurat. Item p euangeliũ.zz.q.i.si aliqua. Item p ordinẽ.i.q.7.quotiẽs. Itez p salutẽ p̃ncipis.ff.e.l.3.§.fi.ꝛ in dicto.c.quotiens.quia intelligit iurare p deũ cuius iudicio salus p̃ncipis consistit. Sed hodie nõ videt ꝙ sic sit iurandũ licz hoc fuerit antiqs pribus ↄceſſũ.ar.zz.q.i.§.sic etiam.cũ in li.machabeorũ.v̓su sed obycit ꝙ Joseph. Itez p altare seu religas.zz.q.i. habemus. Item p fidei interpositionẽ: extra de his que metus cau.ad aures. Hec Hosti.goffre.ꝛ Ray.ꝛ Ber.extra.eo.ꝛ si xp̃s. Qui aũt iurat p creaturam nõ cõcessam dz ſm Ray.acerrime fustigari: ꝛ si pstiterit in vitio nolens se corrigere dz excõicari. Qui aũt iurauerit p capillũ dei vel aliter blasphemiam dixerit cõtra deuz si sit clericus dz deponi: si sit laicus dz anathẽatizari.zz.q.i.clericuz.si quis p capillũ. Blasphemiam credit Rod.esse: qñ aliquis iurat p mẽbra dñi que in alijs hoĩbus reputant inhonesta. Unde talis mortalit̃ peccat. Qui vero iurat p mẽbra dñi que nõ censent turpia:.vel inhonesta non peccat mortalit̃ nisi duceret i cõsuetudinẽ sicut faciũt ribaldi.hec Rod. Utrum recipere liceat iuramẽtũ ab idolatris factũ? Rño ꝙ cõtingit idolatram iurare i forma cõcessa: ꝛ in forma ꝓhibita. Si iurat p̃mo mõ non iurat sicut idolatra. Et sic licet iuramẽtuz ab eo recipe in aliquo casu ꝛ in aliq̃ nõ. Aut.n. ille q exigit est psona publica. Aut p̃uata. Si publica quãtũ ẽ ex ordine iuris põt ꝛ deb; vt iudex exigere. Si p̃uata. Aut exigit ad veritatis cõfirmationẽ. Aut ad veritatis subuersiõez Aut ad sue dubitationis remotionẽ. P̃mo mõ põt recipi iuramentũ sine aliquo peccato. ſ.cũ ad hoc exigit solũ vt firmior sit illa ꝓmissio ꝛ veritatis assertio.z° mõ nõ põt esse sine mortali peccato: vt cũ qs cogit aliquẽ iurare quez nouit iurare falsũ.3° qꝛ suspicat ne hõ sine iuramẽto dicat sibi falsitatẽ. Tũc si suspitio illa sistat in generali talis exactio tenet potius rõnẽ pene ꝙ̃ culpe. Si vero descendat ad sp̃ale sic est pctm̃ veniale: dũ ð ꝓximo suo malã hz suspitionẽ. Et iõ dicit glo.qð amplius ẽ a malo ẽ.ſ.nõ credentis. Nõ inquã est semp a malo culpe sed etiam a malo pene. Et sic licet iuramentũ recipe ab idolatris ꝛ infidelibus sic a xp̃ianis ꝛ fidelibus. Si aũt idolatra iuret in forma ꝓhibita: tũc dico ꝙ in iuramẽto facto p idolũ est duo cõsiderare.ſ.idoli veneratiõez ꝛ exterioris verbi cõfirmationẽ. Si habeatur respectus ad p̃mũ nulli licet iuramẽtũ ab idolatra recipere vl̃ exigere nec facere: qꝛ idoli veneratio est oĩo detestanda. Ideo dicit Exo.z3°. Per nomẽ exteriorũ deorũ non iurabitis. Si vero habeat r̃spect⁹ ad z^m sic lz ab eis recipere maxime ꝓ bono cõi. Et sic recepit iacob a laban socero suo qui erat idolatra. Qð pꝫ p hoc ꝙ rachel sibi furata fuerat idola ꝓ bono sue posteritatis. Sic etiam xp̃iani iuramẽtũ a sarracenis recipiũt pro pace ꝛ vtilitate cõitatis. Unde lz iurare per idolũ sit illicitũ: qꝛ illa est forma ꝓhibita: tñ vbi est necessitas ꝛ cõis vtilitas hoc exigit lz tale recipe iuramẽtũ. Et hoc vult Aug⁹.in ep̃la ad publicolã. Hoc etiã habetur.zz.q.i.mouet te.h.Boñ.3.di.39.q.ar.3.c.

Equit videre de.4.articulo.ſ.de cõitibus iuramenti. Circa qð sciendũ ꝙ iuramẽtũ hꝫ ꝛ debet habere tres comites.ſ.veritatẽ.iudiciũ.ꝛ iusticiam. Hiere.4. Jurabitis viuit dñs in veritate: ꝛ iudicio: ꝛ iusticia: vt extra.e.ꝛ si xp̃s.§.ꝙ aũt iacobus ꝛ.§. iacobus.ꝛ.zz.q.z.adinaduertẽdũ.ꝛ.zz.q.i.et iurabũt. Rõ aũt huius est ſm Boñ.3.di.39.q circa l̃ram.q.i.qꝛ iuramẽtũ cõpat ad tria.ſ. ad iurantẽ a q̃ ꝓcedit: ꝛ sic debet sibi iudiciũ. Ad rem de qua fit: ꝛ sic debet sibi veritas vt sit adeq̃tio sermonis ꝛ rei. Ad cãm ꝓ qua fit et sic debetur sibi iusticia.ſ.vt ꝓ cã iusta fiat. Et qa oẽ iuramẽtũ hꝫ istos tres respectus iõ oẽ iuramẽtum istos tres comites dz habere. Sermo eni noster dubius ẽ ſm ꝙ dr̃ Sap.9. Cogitationes mortaliũ timide ꝛ incerte ꝓuidentie nostre. Ideo vt sermo noster p diuinã veritatem cõfirmet indiget comitibus ipsũ regentib⁹ ne sit dissimilis inuocate veritati. Hec Boñ.ibið Aliter vero p̃dicta tria distinguit alex.an.3.t.p̃ i expositione ꝛ p̃cepti in p̃ncipio vt habitũ ẽ in ti.p̃cedenti. Debet ergo ibi eẽ veritas semp i ↄsciã.i.vt firmit̃ sciat ita esse. Al̃s si tm̃ credat nõ dꝫ de sciã ſ; de credulitate iurare. Dꝫ etiaz ibi esse iudiciũ.i.deliberatio discreta.ſ.vt non iuret etiã uerũ qs nisi ꝓpter necessitatẽ: vt qñ psuadet alicui aliqð verũ qð expedit ei vel est vtile credere: ꝛ tñ nõ vult assertiõi simplici credere. Hec Ray. Ideo ſm hosti.furiosi nõ p̃nt iurare nec pupilli ꝓximi infantie: extra de suc. ab intest.c.fi.ꝛ.zz.q.5.pupilli.nec pueri: ꝛ extra q mr̃i.accu.pos.c.fi. Et est verum ꝙ in iudicio i.corã iudice nõ recipit iuramentum pupilli.

Unde nec pōt esse testis.4.q.3.c.i.Sed ex iu diciū pōt iurare ⁊ deiurare ex q̄ hȝ sensū:vt ex de delic.pu.c.p̄.pueris.Hoc intellige si sit capax doli.aliter nō tenet.Vel forte capax doli nō obligat nisi patre cōsentiēte iurauerit: vel si pater nō cōtradixerit q̄cito sciuit.al' ∂:vt.zz q.5.pueri.In casu tn̄ cōueniri pōt qs rōne iu ramēti p̄stiti dū erat impubes : vt si impubes iurauerit se p̄stiturū opas ipse postea fact' pu bes de hoc pōt cōueniri.ff.de lib.cā.l.vlti. Tale aūt sacr̄m qd̄.s.caret iudicio.i.discretiōe dr̄ temerarium:⁊ iō nō seruandū:vt extra.e.sicut hec hosti.Debet etiā i iuramēto esse iusticia: vt.s.illud qd̄ iurat̄ sit licitū ⁊ honestum. zz.q. i.ita ergo.⁊ extra.e.⁊ si xp̄us.

Sequitur videre de.5.s.de cāis,ppt̄ q̄s licet iurare.Circa qd̄ notandū s̄m alex.an.3.t.p̄.in expositiōe.z.precepti:q̄ he sūt multe.Quarum quedā sūt ex pte boni inducendi.Quedā ex pte mali vitandi.Ex pte boni sūt septē.s.p veritate cōfirmāda.z.Corin.p̄.Fidelis deus quia sermo noster qui fuit apud vos nō ē in illo ē ⁊ nō .Item p veritate declaranda.Deut°.19.In ore duoꝝ aut triuȝ stat omne verbū:q2 s̄m iura nō est testis nisi iuratus.Item p amicicia ∂henda.Gen̄.26.Dixerūt viri gerar̄ ad Isaac.sit iuramētū int̄ nos Item p pace reformanda.Gen̄.31. Jacob iurauit labā.⁊ extra de iudi.nouit.Itē p fidelitate seruāda.z.Reg.5.Venerūt senes israhel ad regē:⁊ pcussit cū eis fedus corā dn̄o.Item p obedientia ⁊ subiectiōe recognoscēda sicut iurauerūt viri galaad ipsi Jepte.Jud.ii.Dn̄s q hec audiuit ipse mediator ⁊ testis est q̄ nr̄a p missa faciemus.Itē p cōsuetudine ecclie seruanda:vt canonici.Exo.24.Filiȷ israhel data lege iurauerūt se dn̄o seruituros.He ergo septē cāe sūt iurandi ppter bonū introducendum.Propter malū vero amouēdum sūt due s.calumnia sopienda:vt qn̄ fit iuramētū de calūnia in cōtestatiōe litis.H:b.6.Ois cōtrouersie ad cōfirmationē finis est iuramētum.Et p infamia purganda.Deut°.zi.Si inuentū fuerit cadauer hois occisi:maiores natu ciuitatis illius lauabūt manus suas sup vitulam.Hec alex.an.ibidem.Hosti.vero.e.ti.ponit septē cāe ppter quas licet iurare:ad q̄s tn̄ supradc̄e no uē p̄nt reduci si quis attendat.He aūt septem cāe his versibus cōtinent̄. Pax ⁊ fama fides reuerentia cautio dānum.Defectus veri sibi p̄nt iura caueri.Sub reuerentia cōprehendit̄ ibi obedientia.De pace extra de iudi. nouit. De fama extra de pur.ca.p totum.De reuerētia extra.e.nullus.De cautōe damni:extra qd̄ me.cau.e.c.i.De fide obedientia ⁊ veritate:ex de elec.significasti. Predictas etiaȝ cās ponit Bern.extra.e.nullus.Ponit etiā Ray.ti.d̄ rapto.septem casus in quib' debēt p̄sbyteri vel clerici iurare sicut laici.Septimus casus ē cū absoluit̄ ab excōicatōne.Sex vero casus i p̄dictis versibus tanguntur.

Sequitur videre de.6.s.de forma iurādi.De hoc nōt boñ.3.di.39.q.circa litterā.q.3.q̄ i fōma iuramēti ipsa v̄itas introducit̄ in testimoniū.Et hoc pōt esse multipliciter.Aut inquātū tenet rōnē p̄ncipantis ⁊ sic iurat̄ per deū:ita q̄ p importat habitudinē p̄ncipantis.Aut inquātū tenet habitudinē p̄ncipantis ⁊ cognoscētis:⁊ sic est hec forma. Testis ē mihi deus:siue scit de': qd̄ idem est Ro.p̄ , Aut inq̄tū tȝ habitudinē retribuentis respc̄u bonoꝝ:⁊ sic iurat̄:viuit de'.s.q vitā alis tribuit.i.Reg.14.Viuit aīa mea.s.dei bn̄ficio.Aut inquātū tenet habitudinē retribuētis respectu maloꝝ:⁊ sic iurat̄ in hac forma. Hoc faciat mihi deus:⁊ hec addat.4.reg.6°. Et qn̄ diuina veritas nūc manifeste adducit̄ ad cōfirmationē veritatis tanq̄ ois veritatis p̄ncipiū ⁊ exemplar.hinc est q̄ i noua lege duplicit iurat̄.s.s̄m p̄mā formam:⁊ scd̄am.Quia vero tp̄e p̄mitiue ecclie veritas nōdum erat plene manifesta sed indigebat maiori euidentia.hinc est q̄ tenebat̄ tūc ista forma testis est mihi deus.Quia vero in veteri testamēto cōsiderabatur diuina veritas vt iudicās ⁊ vlciscens ⁊ remunerās:q2 sub rōne seueritatis et equitatis:hinc est q̄ duplicē formā in veti testamēto seruabāt.scȝ viuit deus:⁊ hoc faciat mihi deus ⁊ hoc addat.Si querat̄. cū aliquā do iuremus p hāc p̄positionē p.aliqn̄ p hāc p̄positionē in.s̄m q̄ dicit ap̄lus ad Ro.9.dico in xp̄o Jesu ⁊ nō mentior:que sit inter has differentia.dicendū est:q̄ p magis dicit ipsaȝ veritatē sub rōne testificatiōis ⁊ p̄ncipiȷ.Hec āt p̄positio in importat habitudinē diuine veritatis sub rōne testificantis ⁊ exemplātis. Vn̄ s̄m rē idem est iurare in deo ⁊ p deū:⁊ dicē testis est mihi deus.licet sit dr̄ia ex pte modi dicēdi.h boñ.ibidē.Itē qui iurat i aīas alioꝝum nō qd̄ sibi vr̄ sȝ qd̄ didicit ab his i q̄rū aīas iurat dicē tenet̄ Unde dȝ iurare sic.Juro i animas taliū q̄ ipsi veritatē quā de hoc sciūt per me dicent li° 6°.de testi.c.p̄ñium.

Sequit̄ videre de 7° articulo.s.d̄ obligatiōe iuramēti. Utrū iuramētum sit obligatoriū? R̄n̄o s̄m Tho.zª zᵉ.q 86.ar.7.o.Obligatio refert̄ ad aliqd̄ qd̄ ē faciendū vel dimittendū. Unde nō vr̄ respicē iuramētū assertoriū qd̄ est de p̄nti vel d̄ p̄terito nec etiā iuramētū de his q̄ sūt p alias cās facienda:vt si qs iuramēto asserēt q̄ pluuia cras futura esset sed tantum iuramentum de his q̄

sũt facienda p illũ q iurat. Sicut aũt iuramentũ assertoriũ qd ē de pñti vł de pterito debet habere veritatē: ita ꝛ iuramētũ de his q̃ sunt a nobis facienda in futurũ. Et iõ plerũq̧ iuramētũ hꝫ quandã obligationē diuerso tñ rñpectu: qꝛ in iuramento qd est de pterito vel d p̄senti est obligatio nõ respectu rei que iaꝫ fuit vel est: sed respectu ipsius actus iurandi vt. s. iuret qd iam verũ est vel fuit. Sed in iuramēto pmissorio cadit obligatio ecõuerso sup rē quã affirmauit aliquis iuramēto. Tenet eniꝫ alys facere verũ eē illud qd iurauit: alioquin deest veritas iuramento. Si aũt sit talis res q̃ in eius ptãte non fuit deest iuramento discretiõis iudiciũ: nisi forte qd ei erat possibile quã do iurauit reddat ei impossibile p aliquē euētũ. Si vero sit possibile fieri sed nõ debeat: qa est p se malũ: vel qꝛ est boni impedimentum tũc iuramēto deest iusticia. Et iõ iuramētum nõ est obseruãdũ in eo casu in q̃ est peccatuꝫ: vel boni impedimentũ. Scdm eni Aug. vtrũq̧ eorũ vergit in deteriorē exitũ. Sic g̃ dicendum: ꝙ quicunq̧ iurat aliqd se factuꝝ: obligatur ad illud faciendũ ad hoc ꝙ veritas ĩpleat si tñ aly duo comites assint. s. iudiciũ ꝛ iusticia hec Tho. ibidē. Dio eni seruandũ est iuramētũ qd seruari põt sine interitu salutis eterne: ex̄ e. si vero aliquis. Beda tñ verius loquit. zz. q. 4. si aliquid. Ubi fm Rod. innuit a contrario sensu ꝙ iuramētũ est seruãdum qd nõ vergit in peiorē exitũ. Et fm illud dictũ bede debet intelligi illud. c. ꝙ iuramētũ seruari dꝫ qd seruari põt sine interitu salutis eterne: vt idem sit interitus salutis eterne qd peior exitus: ne videatur obseruandũ esse si qs iurauerit se factuꝝ aliqd veniale: cũ veniale fieri possit sine interitu salutis eterne. hec Rod. Quid si qs ppt hoc ꝙ iurauit ꝙ supflue comederet vel ociosa verba diceret: supflue comedit vł ociose locutus fuit? Rñõ. Aug. notauit. zz. q. 4. si aliqd ꝙ mortaliter peccat: qꝛ facit cõtra illud: in malis pmissis rescinde fidē. zz. q. 4. in malis. Rodol. vero dicit: ꝙ nõ peccat nisi venialit: qꝛ illud. c. s. in malis: si intelligat extendi ad venialia q̃tũ ad illa nõ est pceptũ sed cõsiliũ. Et hoc mihi magł placet. Utrũ iuramētũ factũ per deũ sit magis obligatoriũ q̃ factũ per euãgelium vel ecõuerso? Rñõ fm Ray. Qui iurat per deũ multũ obligatur: qui vero p deum et euangelia magł obligat: qui vero his addit sãctorũ reliquias magis obligat: ꝛ ita crescente solēnitate obligatio crescit. hec Ray. Si vero vnus iurat p deũ: alius p euãgeliũ. Jo. chrys. dicere videt ꝙ maius est iurare p deũ. Uñ dicit cõtra quosdã q ꝯrium credebãt. O stulti. Scripture ppter deũ sũt facte nõ deus ppter scripturas. zz. q. i. si aliqua cã. Et hoc est veruꝫ ceteris paribus fm boñ. 3. dis. 39. q. circa lrãm q. z. qꝛ quãto illud p quod iurat ē sanctius tãto iuramēto magis obligat scꝫ ceteris parib⁹. Et fm Jnno. ex̄. c. ꝛ si xp̄s. ibi est maior contēptus in piurio. Et idem vult Tho. z^a. z^e. q. 89. ar. io. c. z. Solet tñ dicit cõiter a doctoribus vt dicit Ray. ꝙ si vtrũq̧ iuramētũ eq̃ solēniter fiat: eque obligat. Si vero alterũ solennit fiat alterũ verum nõ solēniter: magis obligat q̃d ad eccłiam solennit factũ: ꝛ p eius transgressiõe dbet iniũgi pñia maior: sed q̃tũ ad deũ eque obligat vtrunq̧: ex̄ q clerici rursus. hec Ray. Si dicat ꝙ q̃to iuramētũ est solennius tãto magis obligat. sꝫ cũ maiori solēnitate solet fieri iuramentũ qd fit p euangeliũ q̃ qd fit p deũ ergo magis obligat. Rñdet Boñ. ibidē. c. z^m ꝙ nõ tm̃ fit iuramentũ p euãgeliũ sꝫ p dei euãgeliũ: ita ꝙ nõ tm̃ iuratio fit ad deũ habitualr rõne sui effectus sed etiã actualiter in se: ꝛ ad humanitatē assumptã: ꝛ ad veritatē ppalat sꝫ ꝛ ideo tale iuramētũ rõnabiliter dꝫ fieri cum maiori solēnitate ꝛ magis hꝫ obligare. Uł potest dici ꝙ hoc accidit p solēnitatē supadditã q̃ in forma illa ab õib⁹ obseruat. Uñ ex̄. c. ꝛ si xp̄s. dicit Jnno. ꝙ in iuramētis q̃ ius precipit vt est iuramētũ testis: ꝛ de calũnia: semp ē iurãdũ sup sancta dei euãgelia: ex̄ de iura. ca. c. fi. ꝛ. ii. q. i. testimoniũ. Et ideꝫ est de õib⁹ alys iuramētis q̃ a iure vel iudice vel ptib⁹ ncc̃io deferunt. Jdem est etiã si q pmiserint aliqd iurare: nulla forma distincta. Et idē dicit hosti. sup. c. ꝛ si xp̄s. Utrũ iuramētũ dolosum sit obligatoriũ? Rñõ Hic ē duplex modus dicēdi. Unus est pbabilis fm boñ. 3. di. 39. q. 3. ar. i. c. s. ꝙ obligatio iuramēti ē voluntaria sicut obligatio voti ꝛ mrĩmony. Et iõ sic mrĩmonium nõ est verũ nisi sit ibi interior consensus: nec votũ ē obligatoriũ nisi sit intentio obligãdi: sic nec ipsũ iuramētũ dolosũ dicendũ ē simplicit obligatorium in q̃ qs sic iurat: vt p illa v̾ba obligare se non intēdat. Duplex eni ē forꝝ. s. forũ eccłie ꝛ forũ cõscie. Scdm forꝝ eccłe iuramētũ tale ē obligatoriũ. Eccł a. n. iudicat d his q̃ exterius obligare pñt. Uñ cũ verba obligationē expmãt: iudicat sic iurantē obligari ad illud qd insinuat. Jn foro aũt dei q iudicat fm secreta cõscie ꝛ fm veritatē: iste nõ obligatur: qꝛ se noluit obligare. Uñ Greg. 27. morat ꝛ hab et. zz. q. 5. humane. dicit ꝙ verba deseruiunt intētiõi: ꝛ de⁹ talia verba iudicat: qualia ex intimis pferunt. Quia tñ dolose iurauit et nomē dei inuanũ assumpsit: statim ĩ ipso actu piuriũ comisit: nec reportat cõmodũ de malitia: nec ĩ foro ecclesie. imo coget ab ea iuramētũ tenere: nec ĩ foro dei: qꝛ ex illo iuramento

apud deū iudicaš dignus pena ečna. Et si ve niat ad pñiam iniūgi dʒ ei magna pena:ꝛ sanū cōsiliū est ꝛ decens ꝙ imponaš sibi ꝙ iuramē tū in quo ꝓximū decipe intēdebat ipleat.hec Boñ.ibidē. Cauere dʒ etiā indēnitati ꝓximi quē dolose iurando decepit:vt dicit Ricar. 3.di.39.q.2.ar.1.c. Sed obyciš ꝙ Ysi.2.li.de sūmo bo.c.31.ꝛ hř.22.q.5. Quacūqꝫ arte verbo rum qs iurat:deus sic accipit sicut ille cui iu raš intelligit.ḡ ꝛc. Rº fm boñ.3.di.39.q.3.ar.1. c.1.Hec dicit Ysi.nō qꝛ ipse deus ad hoc ꝛpu tet hoīeʒ obligatū:sʒ qa ex hoc ꝙ ille nō iten dit iurare sicut ille intendebat recipe.deus qui hoc requirebat ex veritate ꝛ iusticia:reputat ipsū obligatū ad penā. Uel pōt ille sermo tāli ter intelligi vt dicaš:ꝙ deus sic accipit:quia sic vult accipi ab ipsa ecclesia ꝛ vult etiā iudicari Alius modus dicendi est ꝙ iuramētū dolo sum simpl'r obligat:qꝛ ꝛ si dolosus intendat a lium decipe intēdit tñ obligatoria verba dicē ꝛ dū illa dicit sponte obligaš:nec aliq̄ mō ꝑ do lum cordis excusaš. Quia tñ nō tm̄ recipiens sed etiā deus accipit verba in sensu quē faci unt:ꝛ iō nō tm̄ quātum ad hoīes sʒ etiā q̄tuʒ ad deū obligāt. Pro hac opi.est illud.c.q̄cun qꝫ:ꝛ ꝙ fraus ꝛ dolus nemini debēt patrocina ri:ex̄ de rescrip.sedes.ꝛ de dolo ꝛ cōtu.ex lřis ꝑ. In verbis cōsistūt cōtractus in qbus vnus homo alteri obligaš. Et si nō obligareš qs ex verbis cū intentio nulli pateat nullus sciret v trum qs sibi obligatus esset. ergo frustratorij essent cōtractus quod dicere est inconueniēs. Et hꝰ sñie est Ray.ꝛ Rod. Unde dic̄ Ray c.ti.in fi.ꝙ si iurans vel recipiēs iuramētū ha beat dolū semꝑ dʒ accipi iuramētū fm inten tionē illius q nō hʒ dolū vel artē.22.q.5.§.si ḡ ꝛ.c.q piurare ꝛ.§.ex his. Et idē dicit hosti. Et fm Rod.hoc debʒ intelligi de dolo malo:qꝛ si qs a me iuramētū extorqueat violenš quod pstare nō teneor:ille peccat extorquēdo. Et si ego ad elidendā maliciā eius verbis duplici bus vtar:intelligens in alio sensu q̄ ipse:ñ cre do peccare.hec Rod. Distinguit aūt Gratianꝰ in dicto.§.ex his.sic. Aut vterqꝫ.s.iurans et iu ramētum recipiens hʒ purā intentionē:ꝛ tūc sš accipienda verba fm ꝙ melius aptari pñt intē tioni vtriusqꝫ. Aut vterqꝫ hʒ dolū:ꝛ tūc fieri ð bet interpˀtatio vel boꝝ fm cōem intelligētiā nō fm vtilitatē iurantis vel recipiētis sʒ publi ci status ne res pereat:ex̄ de spon.ex lřis. Aut alter tm̄ hʒ dolū ꝛ tūc fieri dʒ interpˀtatio ꝓ eo q nō hʒ dolū:vt in.c.quacūqꝫ. Qð aūt dicunt tenētes opiōnē pmā.s.ꝙ obligatio voti ꝛ iura menti ꝓcedit fm eūdē modū: dicūt tenentes opinionē scďam nō esse verū:qꝛ votū ꝓprie fit deo:sed iuramētū hōi:ꝛ ideo obligatio contra

hiš aliter in vno q̄ in alio:qꝛ in voto ɔ̄hiš ꝑ in tentionē quā deus videt.sed in iuramēto per deliberatam verboꝝ attestationē:in mřimo nio vero per cōsensum verbis expˀssum: extra de spon.cū locū. Et iō nō est simile. Et circa hō s.mřimoniū distinguēdū ē de foro.s.ꝙ duplex ē forū.s.dei:ꝛ ecclesie. Si vero queraš qñ sūt verba duplicia ita ꝙ dolus nō inuenit cuiꝰ i tentiōi standū sit.dicēdum fm Boñ.3.dis.39. q.5.ar.1.i fine articuli:ꝙ verba illa mltiplicia si magis ꝓtendunt vnū sensū:illi intentiōi stādū est qui illū intellexit. Si vero indřnter se hñt ad vtrūqꝫ cum neutrum ꝓbari possit stādum est iudicio bonorum viroꝝ:q̄ pensatis cōie cturis ꝛ rōnibus cōdescendere debēt saniori ꝛ puriori intentiōi.hec Boñ.ibidem. Petrus aūt dicit.3.dis.39.q.2.ar.8.c.ꝙ qñ verbū ē mul tiplex. Aut iurans iurat fraudulenter ꝛ tūc stā dum ē intellectui recipientis ne ex hoc dolo illius decipiaš. Aut iurans iurat simpl'r ꝛ tunc standū est itellectui eius. Et illud vult Tho. 3.di.39.ar.3.questiūcula.3. Quid de vxore suspecta de adulterio qð ipsa cōmisit. Nunqd postq̄ de pctō cōfessa fuit ꝛ pēituit iurare po test ꝙ de adulterio in culpa nō sit ꝓpter vitā dū scādalū viri q nō pōt aliter placari nisi hoc iuret ꝛ ad hoc eam cogit? Rñdet Rod. ꝙ po tius dʒ oīa mala tolerare q̄ hꝰ temerariuʒ iu ramētū subire:cū nōdū possit esse certa ꝙ hꝰ culpa sit ei remissa:vt extra de pur.ca. accepi mus. Si tñ talis mulier compulsa iusto metu iurarʒ sub verbis duplicibus que continent verum in vno sensu ꝛ in illo sensu intelligerʒ lʒ vir aliter intelligeret;forte nō peccarʒ si per cautelā hꝰ malitiā eius excluderet. Utrum iuramētū incautum sit obligatoriū? Rñ fm Ricar.3.di.39.q.2.ar.3.c. Juramentum potest esse incautum:aut rōne eius qð est iuratū.aut rōne modi iurandi. Si 2º modo hoc dupliciš. Aut qꝛ non est factum cuʒ deliberatiōe:et sic nō obligat de necessitate sed de cōgruitate tā tū:si sit licitum illud quod est iuratum. Rod. autem dicit:ꝙ in hoc casu sufficit ad hoc ꝙ sit obligatus ꝙ intendat inducere deum testem Aut qꝛ nō est factum cum debita reuerētia:et sic peccat homo iurando qui obligaš ad obš uandum qð iurauit si licitum est qð iurauit. Juramentum autem incautū rōne eius qð iu ratum est:est omne illud iuramētum cuius iu ratum derogat charitati. Et nullum tale iura mentum obligat iurantē ad obseruādū quod iurat. Et qꝛ oīa diuina ꝑcepta ꝛ cōsilia ordinā tur ad charitatem:qꝛ vt dř.1.Ti.ꝑ.finis ꝑce pti est charitas:nullū iuramētū ē obligatoriū quod derogat alicui ꝑcepto diuino seu ɔsilio. Quia etiā qðlibʒ pctm̄ mortale ð̄rogat alicui

pcepto diuino:qr est cōtra aliquod diuinū pceptū:r etiā qdlibet pctm veniale derogat alicui pcepto diuino inquātū ē quedā obliquatio a rectitudine diuinorū pceptorū:r disposítio ad mortale peccatū:ideo nullū iuramētuз de faciendo peccatū aliqd mortale:vel veniale ē obligatoriū.zz.q.4.diffinitio. r.c.si quis. Quia etiā diuīa cōsilia sūt d bonis operib⁹ superogatiōis r pfectiōis:iō nullum iuramētuз de nō faciendo aliqd bonū superogatiōis:vel de faciendo 5riū bonis opib⁹ superogationis obligat. Nec etiā iuramētū de nō faciēdo ea que melius est facere q̄ nō facere:vel de faciēdo ea que melius est nō facere q̄ facere. Jdo iurans q nō tenebit aliquē i suo seruitio quē al's esset melius retinere q̄ nō retinere. vel q nō loquer cū pximo cū quo al's melius esset loqui q̄ nō loqui.vel q nō faciet sibi cōsolatiōnē vel subuentionē tpalē vel spūalē qd al's melius esset facere q̄ nō facere.vel qd nō visitabit infirmū in domo sua:quē al's meli⁹ essз visitare in domo q̄ non visitare:r sic de silib⁹ nō obligar ad obseruādū qd iurauit.Quia ēt status religionis r plātiōis sūt status pfectionis:ideo q iurat nunq̄ se intraturū religioneз vel nō recepturū plationē nō obligat ad obseruandū qd iurauit.Et idē sentit Tho.3.dis.39. ar.3.questiuncula.p.o.dicēs:q talis piuriū incurrit pter defectū iudicij:r iō qn facit qd ē melius nō est piuriū sed piurio 5riū.Jdē dicit Rod.De omnib⁹ enī talib⁹ iuramētis intelligir illud qd haber.zz.q.4.r recitat magr sententiarū li.3.di.38.c. in malis pmissis rescinde fidem:in turpi voto muta decretū.qd incaute vouisti nō facias. Et eadē.q. si aliquid forte incautius nos iurasse cōtigerit qd seruatum vergat in peiorē exitū:illud salubriori cōsilio mutandū nouerimus.Contrariū sentit host. e.ti.§.ex quibus cāis.v.qd.Propter tn̄ reuerētiam diuini nōis inuocati:r ad punitionem temeritatis sic iurantiū:r pter reuerētiā eoꝝ q psūt nō dз auctoritate ppria venire 5 qdlibз iuramētū incautū:sed p aliquib⁹ recurrē dbз ad aliquē supiorē suū q a tali iuramēto dз absoluere ipsū vel declarare eū non obligatum: maxime qn pōt oriri dubiū vtrū obseruatum vergat in peiorē exitū q̄ nō obseruatū.Cōtra tn̄ qdlibet iuramentū qd derogat charitati vl' eius pfectiōi:vel disponētib⁹ ad eā pōt hō venire ppria auctoritate in casu necessitatis. Sз obijcit 5 pdicta.qr.zz.q.4.innocēs.§.fi.dicir: q illicitū iuramētū obseruari phiber:nō ē intelligendū generaliter.Uider etiā ibidē sentire gratianus q iuramētū de nō sumēdo vestē religionis nulla auctoritate phibeт seruari.P dis.85.florentinuз.vider gratianus velle q si

gs tactis sacrosanctis euangelijs iuret se non recepturū epatū:r postea eligatur est repellēdus.Quod nō vider verū nisi tale iuramētuз esset seruādū?Rn̄o ad hec tria.Ad pmū dicēdū q ibi nō debet teneri gratianus. Ad secūdū dicendū q lз tale iuramētū nulla aucte phibeatur obseruari nō tn̄ pcipir seruari: r idō nō sequir q hō p tale iuramentū obliget. Ad 3m dicendū:q ille q iurat se nunq̄ recepturū epatū non repellir ab epatu:qr tale iuramentū obliget:sed qr sic solēniter iurando:cū iuramentū illicitū fuerit grauir peccauerit:r pter hi⁹ pctm repellir. Obijcir iterū 5 pdicta: qr Josue.9°.haber q iosue gabaonitis iurauit q nō occideret eos.Qd iuramētū vidētur eē illicitū:qr de⁹ pceperat ei ne cū hoībus illius terre fedus iniret.Exo.23.r tn̄ Josue iuramentū seruauit.Ad qd dicendū q deus nō pceperat filijs israhel occidere habitatores illius terre nisi essent incorrigibiles. cuiusmōi nō fuerūt gabaonite.P.subiugauerūt eos seruituti q̄ est mors ciuilis.Hec oīa Ric.3.di.39.q.2a. ar.3.c.ad argumēta. Utrū iuramētū coactū sit obligatoriū?Rn̄o.Bar.r Can.r quidā alij dixerūt q nulla coactio vel nullus metus excusat in iuramēto assertorio:nisi forte a tanto qr potius debet qs oīa mala sustinere q̄ malū asserere.i.falsū iurare.32.q.5.ita ne.Jn iuramēto vero pmissorio excusat ab obligatōne metus:nō quidem leuis sed grauis siue iust⁹ .s.qui cadere pōt in cōstantē virū.Et h distinctio pbari vider.ff.qd metus cā.l.in carcereз Alanus vero distinxit q si habeat animū ad implēdi obligar:alit nō.ar.ex de bap maiores circa finē.Alij vt Boñ.3.di.39.q.3.ar.2.c. r petrus.3.di 39.q.2.ar.6.c.distinguūt duplex foꝝ s.eccl'ie r cōsciē:ita q obligatio iuramēti coacti ecōtrario hз se obligatiōi iuramēti dolosi respectu huius duplicis fori.Nam in foro ecclesie iuramētū coactū nō ē obligatoriū.Hoc ē verū vt dicit petrus ibidē.qn ē grauis met⁹ Secus est si leuis.tū qr eccl'ia psumit q ille qui coacte iurauit nō iurauit voluntate iplendi iuramētū:sed potius euadendi periculum tum qr ille qui iurare compellit cum malicio se r dolose pcesserit nullū ius acqsiuit.nec de malitia cōmodū reportare dз.Unde nullū ius hз petendi.Jn foro aūt dei iuramētū coactuз obligatorium est:qr cū deus respiciat volūtatem interiorē:r volūtas nō possit cogi coactōne sufficiente sed inducente:r ita uolūtas coacta uolūtas fit:ut etiā dicit Aug⁹.r haber.15. q.1.merito.Quare iudicat de⁹ talē hoīeз obligari . Et iō in foro cōscie sm theologos cōsulendū est ei qui sic iurauit nisi relaxatio interueniat iuramētū implere.Et hoc dico si iura-

mētū fuit respectu rei licite. Aly vero vt hos. ray. Jo. ber. extra de his q̄ vi. abbas. e. ti. ad au res. dicūt idistincte q̄ iuramētū metu etiā gra ui extortū est obligatoriū. Vñ si qs metu' gra ui coactus iurauerit rē suā tradere: vel etiā rē suā iā ab eo traditā nō repetere: tale iuramētū tenet mero iure cū seruari possit sine interitu salutis eterne: extra. e. de iureiu. si vero. Si qs ergo in hoc casu ꝯ iuramētū suum rem suaȝ re peterȝ repelletᷣ ꝯm. hosti. nisi absolutus a papa fuisset. vt ex̄ de elec. venerabilem. §. penul. vbi idem etiā papa eū a iuramento ꝑ vim vł ꝑ me tū extorto de reb' nō repetēdis absoluit. ex̄. e. de iureiu. verū. Absoluerūt aūt aliqñ romani pontifices ab hi' iuramētis hoīes nō q̄si dicer nētes ea nō esse obligatoria: sed hi' obligatōeȝ relaxantes ex iusta cā. Sed nūqd iste q me tu cōpulsus iurauit dare poterit petētē repel lere? R°. Quidā vt bar. dicūt q̄ pōt eū repelle re ꝑ exceptionē qd metus cā. ff. de eo qd met' cau. metū. §. ſȝ qd ꝑtor. Et ꝯm bar. ſ̄. c. abbas subicitᷣ passo metū: nisi sua culpa inciderit me tū. ff. e. si mulier. Aly dicūt ut Jo. ray. ⁊ rod. q̄ exceptione vtendo peccat: qꝛ cōtra iuramētuȝ licitū venire laborat. Predicta vero lex debȝ intelligi quātū ad factū: qꝛ iudex exceptionem recipiet in violēti odiū. Addit aūt ray. q̄ hoc qd dictū est. s. q̄ vtendo exceptiōe peccat ē ve rū: nisi qñ iurabat se soluturū intendissȝ ꝯriuȝ. s. se nō soluturū. tunc enī peccauit mortaliť ita iurādo. ſȝ hñ pōt vti exceptione sine peccato. Timēdū est tamē scādalū ⁊ malum exēplum ei' intētōeȝ nesciētium. Et sic ray. videtur sen tire q̄ si iurat se facturū aliqd si nō intēdat se obligare non est obligatus ex illo iuramento licet mortaliter peccet in iurando sic. Rod ho credit q̄ ex quo quis inducit deū i testē alicu ius rei licite faciende qcquid itēdat uł qcquid ꝓponat seruare tenetur. Quod ḡ remediū iste iurās habebit contra eū qui ipsum iurare coegit? Rñdeo. Habebit remediū illd qd ha bet iurās vsuras soluere contra eū cui hoc iu ratur. De q̄ vide. ĩ. ti. de vsuris. articulo de pe na vsurary q̄ ē ab aduersario. Vñ ꝯm hosti. si quis ꝓpter iustū metū iurauerit bñficiuȝ re signare tenebiť illud resignare: tñ beneficio re signato pōt rescriptū impetrare ⁊ ipsū repetere ꝑ actionē qd metus cā. que in rē datᷣ lȝ sit ꝑso nalis. Sic intelligi pōt illud extra de his q̄ vi. abbas. Si aūt iurauit nō repetere: ⁊ iterū sibi cōferatᷣ pōt recipe ⁊ ex scda receptione agē: ex̄ de renūc. cū inter. p. Poterit etiā absolutus ꝑ papam petere ex institutione p̄ma. Sic intelli gi pōt dictū. c. cum inter. ⁊ extra de iureiurā. si vero. Si aūt iurauit nō venire cōtra sacramē tum. i. absolutionem non petere: potest adhuc

ecclesie denunciare: ⁊ ecclesia ad eiūs denun ciationem ipsum ꝓprio motu absoluere. ex̄ d iureiuran. queādmodū in fi. Si vero iura uerit nō denunciare nō valēt: vt patet ibidem. Quod est verum quo ad penam pagendam: Sed si is qui iurauit non denunciare: hoc fa ciat zelo recuperande rei magis q̄ saluti pro ximi zelo: videť sanū esse cōsilium q̄ non de nunciet: qꝛ deieraret. Scdm hoc intellige illd extra de iureran. c. i. ⁊ c. debitores. hec hostiē. ti. de his que vi. In hoc tñ casu ꝯm Inno. epi scopus cognoscet priusq̄ absoluat iurantem an fuerit iustus metus. Ad hoc nota q̄ iura mentum ꝑstitū super damnis nō repetendis ñ obligat quin expense repeti possent: qꝛ aliud est damnum aliud expense: extra de iureiurā. ad nostram. Excipiunť aūt noue casus in qui bus nō valet licet interueniat sacramentū me tu exortū. Primi' in matrimonijs que debēt esse libera in contrahendo. extra de spon. cum locum. 2' in ꝓmissione dotis eadē rōne. ff. e. d his que me. cau. si mulier. §. si dos. 3' in aliena tione rei eccl'iastice. ex̄ de re. ec. nō alie. si q̄s ꝑ sbyterorū. 4' in iurisditiōe prorogāda. ff. d iudi. l. y. 5' in voto. extra. e. c. i. ⁊ de voto. lȝ. 6' i auctoritate tutoris. ff. de aucto. ⁊ consensu tu. l. i. in fi. 7' vbi quis per metum facit testamen tum. ff. de testa. l. qui testamento in fi. 8' in sen tentie prolatione. ii. q. 3. iniustum. 9' in procu ratoris cōstitutione. ar. extra de procura. acce dens. Omnes hos casus ponit hosti. ti. de his que vi metus. c. fi. Et her. extra. e. super. c. ab bas. ponit sex. Jo. vero tantum ponit quattu or quos etiam ponit ray. s. tres primos. ⁊ qui tum. Rod. autem credit q̄ iuramentum in ca su primo ⁊ scdo ⁊ 5° obligat licȝ ecclesia ad ob seruationem non cogat. Utrum iuramētuȝ ab idolatra factum ꝑ idola sit obligatorium? Rño ꝯm ray. q̄ sic. si illud quod promisit sit licitum. Cum enim infidelis iurauerit pecca tum in modo iurandi cōmisit: sed si illud ser uat in hoc bene facit: ⁊ si non seruat peccatum peccato addit. Christian' vero si ñ potest aliť fidem dictis eius adhibere ⁊ expedit ei ab illo cautioneȝ habere licet ille peccet iurando: iste tamen non peccat recipiendo. Et exemplum huius habetur de laban. Geñ. 3i. ⁊ de Abime lech. Geñ. 2i. Si tamen abimelech per deos su os iurauit sicut laban per deos socboth. zz. q. i. mouet te. Ibi enim mouet Aug. istas questi ones ⁊ soluit Ad idem facit illud extra. e. ⁊ si christus. ꝑ. Si talis infidelis per deum verū iuraret iuramento facilius obuiaret licet ma gis peccaret. His concordat Tho. 2a 2e. q. 98. arti. 4. c. 4m. dicit tamen q̄ non licet infideleȝ inducere ad iurandūȝ per falsos deos. Et idē

Et idē dicit petrus.3.di.39.q.2.ar.4.c. etiā In no.s̄.e.c.z si christus.

Equit̄ videre octauo.s.ex quibus reddatur iuramētū illicitū. Circa qd̄ nō. fz hosti.z goff.ꝙ illa ex quib⁹ iuramē tū reddit̄ illicitū his versibus ɔtinent̄. Si iur iurandū illicitū discerne notando. Q̄uis.cui. qd.per qd.ad qd.cur.quō.qn̄. Quis.q2 ex persona iurantis indicat̄ illicitū iuramētū:vt patz ex supradictis in.4.ar.§.dz etiā ibi eē iudiciū Item nullus religiosus vel religiosa vel clericus in quacūqꝫ cā siue ciuili siue crimiali cogi dz iuramētū calūnie pstare in ꝓpria psōa:sed pnt hoc alys idoneis ꝓcuratorib⁹ delegare si sue ecclie nouerint expedire. Vn̄ nullus clic⁹ nisi de licentia epi.nec epus nisi de licentia pape iurare dz:extra de iura.calū.c.i. Hodie tn̄ qlibet clericus in ꝓpria cā iurare dz in ꝓpria p sona:extra de iura.calū.ceterū. Eps etiā hodie si vult pōt tractare cām suā i psona ꝑpa:z tūc iurabit de calūnia pn̄tibus euāgelys s3 nō tāget ea. Similit̄ in dicendo testīonio iurat eps sed nō tangit euāgeliū.extra.e.ti.cum in causa. Et hoc ꝓpter reuerentiam dignitatis. Qn̄ tn̄ abiurat heresim vel scisma tangit euāgeliū aliter nō.i.q.7.quotiens cordis. Itē l3 cleric⁹ in iuramēto requirere d̄beat epm̄:sepe tn̄ hoc nō seruatur nec ꝓpt̄ hoc vitiat̄ iudiciū:vt ex̄ de iura.calū.c.i.in glo. Non est etiā necesse ꝙ eps in iuramēto requirat papā:vt ibi.c.cum in cā. Cui. Cleric⁹ enī cuiqꝫ laico iurare n̄ dz sup sancta dei euāgelia.zz.q.5. nullus. Ideo nec testimoniū dicet.ii.q.i.testimoniū. Hoc intellige nisi de licentia p̄lati:extra de iura.calū.c.i. Vel dic ꝙ nec iuramētum fidelitatis extrahere dz redigendo suā ecclesiā in seruitutē. Qd̄ si faciat sup eo pōt accusari:ex̄ de accu.veniēs q2 nec p spūalib⁹ fieri dz homagiū alit̄ simonia cōmitti videt̄.extra de simo.ex diligenti. Nisi sit rō cui cōmittit̄ admistratio.ex̄.e.nullus. Immo nec his homagiū faciet l3 faciat fidelitatem:ex̄ de re.iu.c.fi. Hoc intellige nisi clericus teneat tpalia a rege:rōne quorū d̄r inferior:vt extra de maio.z obe.solite. Quid. Nā rōne rei sup qua iurat̄ iuramētū est aliquādo illicitū:vt p3 ex supradictis. Nā si sup re turpi vel illicita:vel iniusta interuenerit iuramentum nō valet:ar.extra de pac.c.vlti. Et sic nō valet iuramētum:ꝙ in notorys seruet̄ p oīa ordo iuris:q2 posset cōtingere ꝙ remanerent maleficia impunita:ex̄.e.de iureiu.ad nostram 3. Nec valet si vir iuret nō habitare cum vxore vel econuerso:nisi vellēt ambo cōtinentia3 ꝓfiteri:ex̄.e.tua nos. Nec valet si fiat iuramētum in detrimētum ecclie:extra.eo.sicut nr̄is. Nec si fiat in detrimētū vel diminutionē regni:vt si rex in sua coronatione iuret nihil alienare in p̄iudiciū regni:z postea faciat immoderatas alienatiōes in detrimētum regni: nō obstante iuramēto z° cōtrario p̄ poterit qd̄ ē alienatū repetere:vt extra.e.intellecto. Quisquis ergo iurauerit se facturū aliqd quo secuto salus corpalis vel spūalis adimat̄:vel nō factuꝝ aliqd sine quo vtraqꝫ salus vel altera recuperari vel cōseruari nō possit:seruare ꝓhibet̄. Et habes multa exempla.zz.q.4.§ fi.v̄. iuramentū itaqꝫ multipliciter.z.v̄.quisquis ergo. Hec hosti. Et cōuenit cū eo her.ex̄.e.si vero. Dicit tn̄ ibidem ꝙ hoc intelligit si directe vergat in interitū:q2 si occasionalit̄ obseruandū est. Ut si quis gallicus iurat:se moraturū rome in augusto:occasione talis iuramēti vita corporat̄ posset adimi si tūc rome moraret̄.iuramētum tn̄ seruare dz. Per quid. De hoc habitum est supra. Ad quid:q2 finis ad quem tendit̄ r̄ddit illicitū sacramētum:vt si quis iuret vt eligatur 8.q.3.artaldus arelatensis eps.quia cuius finis bonus est zc̄. Cur.quia si cā turpis sit z iuramētum illicitum est:vt si iuramus in aliquo delicto societatem. Et tale iuramentum est d̄ ferendū:extra de pac.c.vlti. Ideo cōiuratiōes z cōspirationes reprobant̄ f̄m quosdam si sit occulte:q2 tales sunt indistincte illicite:ex̄ de sen.z re iudi.c.i. Si vero publice z super licita re sunt licite.i.q.i.cōcussiones. Sed si sup re illicita nō tenerent̄.ii.q.i.si qui clerici. Jo.an. distinxit tm̄ vtrū fiant super re licita vel illicita. Quō.quia ex modo iurandi censet̄ illicitum. vt si desit aliquis illorum trium comitum de quibus est supra dictum. Et nota ꝙ iuramentum temerarium z inconsulte calore iracundie factum non est seruandum:vt dicit̄ de dauid q iurauit nabal.zz.q.4.ꝙ dauid. Non enim pecco in frangendo tale votum:sed peccaui:qnia temere voui vel iuraui.33.q.5ᵃ.vna sola. Incaute etiam iurat qui iurat illud quod non credit esse peccatum cum sit.zz.q.4.trib⁹ Quando. Tempus enim reddit iuramentu3 illicitum:vt si iuretur diebus dominicis: nisi pro pace z alys pys causis:vt extra de ferys.c i. Vel in.xl.zz.q.5.decreuit. Huic tamē iuri obuiat contraria consuetudo.hoc ab initio. Nā z si iuretur tali tempore puto iuramentu3 seruandum vt dictum est.s̄.e.ti.ar.3.q.vtrum liceat iurare per creaturas circa medium solutionis. Item honestum est vt iuramenta fiant a ieiunis.zz.q.5.honestum.

Irca nonum notandum f̄m hostiē. z her.extra.e.quemadmodum.ꝙ iuramentum promissorium habet conditiones tacitas:vt faciam hoc:si maiori.i. pape placuerit:quia in omni iuramento ꝓmissorio

Circa 4m queritur: quid de muliere q̄ pecuniam recepit pro carnali ope. Respondet rod. q̄ si recepit a clerico seculari de rebus p̄prijs non tenetur restituer̄ ēt si sit monialis: sed acquiritur monasterio eius illud quod accepit. Honesti⁹ tamen est q̄ monasterium illud non retineat sed eroget i pios vsus. Si autem accepit a clerico seculari d̄ rebus ecclesie debet fieri restitutio fm q̄ dictū est in precedenti questione: nisi episcopus velit dispensare cum muliere: que recepit q̄ retineat illud si est secularis: aut cum monasterio si est regularis. Si autem recepit a p̄sona regulari de rebus monasterij: quod presumendum est nisi de contrario constet: aut recepit ab habente administratōem: aut a simplici claustrali. In primo casu debet fieri restitutio mōasterio: vel prioratui: vel administratori: de cuius bonis datum est. Et potest fieri restitutio eidē persone que dedit si adhuc remanet in administratione illa: maxime si creditur correct⁹. Alias tutius est q̄ ei non reddatur: sed fiat quod dictum est supra. Si tamen tali non correcto facta sit restitutio liberata est que accepit. Si autem amotus sit ab administratione illa: aut si est simplex claustralis qui dedit: fieri debet restitutio monasterio: vel prioratui: vel administratori. Nec liberabit̄ si soluerit illi qui dedit: nisi tunc demum cum id conuersum fuerit in vtilitatem ecclesie monasterij prioratus vel administratōis. Nec retineri poterit a monasterio illius mulieris regularis illud qd̄ accepit a regulari alterius loci: nisi d̄ consēsu abbatis ⁊ conuentus si donum fuerit magnum aut abbatis solius si fuerit paruum: vel etiā mediocre. Quod autem dictum est de reb⁹ taliter datis a regularibus personis intelligentiam de rebus datis a personis secularibus ēt laicis qui non sunt sui iuris: vt cum seruus et filiusfamilias quando dant talibus de rebus etiam peculiaribus: nisi rerum illarum habeant ita liberam administrationem: q̄ quasi p̄r familias: de eisdem disponere possint. Itē qd̄ dictum est de moniali respectu viri regularis tenendum est econuerso quando vir regularis recepit aliquid de muliere regulari. Vir autē secularis quod a muliere coniugata recepit p̄ carnali copula: debet restituere viro: si illa de rebus dotalibus vel cōibus dedit. Si autē dedit de parafernalibus: aut si mulier soluta sui iuris dedit aliquid amasio de rebus p̄prijs: licet sit honestum q̄ expendat illud in pias causas: non tamen tenetur nisi velit. Poterit etiam ei restituere quod dedit: quod videt̄ melius si peniteat vel egeat. Nunquid persona regularis restituere potest auctoritate propria quod accepit pro carnali opere: vel quod habuit de furto vel rapina? R̄ndet Rod. q̄ si cuiq̄ competit repetitio rei date: distinguēdū est: q̄ si adhuc extat res data penes eū cui data est: ⁊ non audet: vel timet: vel non pōt impetrare. q̄ fiat restitutio per prelatum collegij restituat auctoritate propria fm formam supradictam: etiam contradicente prelato: quia magis est deo obediendum q̄ hominib⁹. Si autem non extat: quia iam est consumpta inanis est actio quam excludit inopia debitoris. Si autem non est cōsumpta penitus: sed ē cōuersa in vtilitatem monasterij: vel habet aliqd quod comparauit ex re sibi data: si non potest vel non audet vel timet impetrare q̄ fiat restitutio per prelatum: gerat bona fide negociū monasterij restituendo cui debetur: vt dictū est. Vel si fuit datum de bonis ecclesie secularis impetrando dispensationem episcopi q̄ possit a monasterio detineri: vel in pios vsus erogari. Non tamē contradicente prelato faciat hoc: propter bonum obedientie: nisi res illa sit comparata de pecunia ecclesie vel persone in hoc priuilegiate. s. q̄ rem emptam d̄ sua pecunia possit vendicare: vt est miles ⁊ pupillus. In quo casu. s. contradicente prelato eam restituere potest: si eam habeat: vt dictum est de ea re que adhuc extat penes illam p̄sonam que accepit.

De octauo precepto. vbi primo de mendacio titulus. 36.

Consequēter cōsiderandū est de octauo precepto quo dicitur exo. 20. ⁊ deut⁹. 5°. Nō loqueris contra proximum tuū falsum testionium. In quo quidem fm Aug⁹. li. de mēdacio: omne genus mendacij prohibetur. Secūdum enim Alex. an. 3°. t. i. c. de. 8°. precepto. ar. 5°. c. im. testimonium large dicitur omnis sermo qui attestatur de animo dicentis. Et sic dicit Augustinus li. de mendacio. Quisquis aliquid annunciat: testimonium perhibet animo suo. Et secundum hoc: omne mendaciū est falsum testimonium. Stricte vero dicitur testimonium sermo apud iudicem: vt non erret in iudicando: vel etiam apud eum qui docetur in doctrina salutis: ne erret in fide: vt dicit Aug⁹. in. e. li. Et sic patet: q̄ i h̄ precepto p̄hibetur mendacium. Et hoc explicatur leui. 19°. vbi dicit̄ sic. Nō mētiemi: nec d̄cipiat vn⁹.

quisq̃ ꝓximum suum. Prohibetur etiam in hoc precepto falsitas: vt dicunt ibi glo. et Isidorus. Et hoc est verum ſm Alex. vbi supra ar. 3°. c. de falsitate aperte dicentis que attēdit in mendacio. Sed nunquid ꝓhibetur taciturnitas veritatis: cum veritas requirit? Rñdet alex. vbi supra ar. 4°. ꝙ sic. quia in ista negatina. s. Non loqueris ꝯ ꝛc. includitur affirmatiua: qua precipitur obseruantia veritatis ad ꝓximum. Negatiua tamen obligat semꝑ et ad semper. et affirmatiua semper: sed non ad semper: sed ꝓ tempore et causa. Cā ergo facit taciturnitatem veritatis esse culpabilem. ii. q. 3ª. quisquis. Et est Aug. ad casulanum. Et Chrysos°. dicit: ꝙ non tantum est ꝓditor veritatis q palam mentitur: sed etiam qui non libere pronunciat veritatem quam libere pronunciare oportet. aut qui libere veritatem non defendit quam libere defendere conuenit. Causa etiam et oportunitas facit taciturnitatem esse licitam. Unde Aug°. li. de mendacio. Licet p̄dicatori celare quicquid sibi ꝓ tempore videt. mentiri aūt nunq̃. De hoc vide. ī. in se. ti. ar. 5°. Quia igitur vt patet ex p̄dictis mendacium ꝓhibetur in hoc precepto: ideo p̄mo dicendum est de ipso mendacio: quod est cōius. 2°. de testimonio falso: quod est pessima spēs mendacij: vt dicit glo. Uidendum est ergo p̄io qd est mendacium. 2° in quo differunt hec tria. s. mentiri: dicere falsum. et mendacium. 3° quot sunt spēs siue differentie mendacij. 4° vtrum mendacium sit peccatum: et quando est peccatum mortale: et quando est veniale. 5° de quibusdam dubitabilibus circa mendacium.

Irca p̄mū igitur sciendum: ꝙ mendacium ſm Aug. li. de mendacio est falsa vocis significatio cum intentiōe fallendi. 22ª. q. 2ª. §. ille ergo. Ad cuius intelligētiam sciendum: ꝙ dictum exterius ꝓlatum habet duplicem comparationem. Unam ad rem significatam. Et sic dicitur sermo verus. cum s. res adequatur sermoni: vel etiam fallax: cū s. non adequatur. Alteram comparationē habet ad intentionem dicentis. Et sic dicitur sermo verax: cum. s. intentio adequatur sermoni Ergo mendacium nominat dictum per comparationem et ad rem: et ad dicentem. Idō ad completam mendacij rationem duplex falsitas concurrit. Una per comparationem ad rē Altera per comparationem ad loquentis intentionem. Et hec duplex falsitas tangitur ī dicta diffinitiōe mēdacij. Prima falsitas ī mēdacio tenet rationem materialis. 2ª rationem formalis: et ab illa 2ª dicitur quis mendax.

Sed videtur ꝙ dicta notificatio non cōueniat mēdacio officioso et iocoso: quia ī neutro horum intendit quis fallere: sed in officioso ītendit prodesse. in iocoso dlectari ergo ꝛc. Rñ° ꝙ in dicta notificatiōe verbum fallendi non tantum importat decipere: sed etiam falsū dicere: et hoc est omni mendacio cōmune. Falsum enim dicere exterius quodāmodo fallē est: dum homo dicit illud quod potest hominem ad falsitatem deducere: et per consequēs fallere et decipere. Unde mendacium iocosum et officiosum ex ipso genere operis rationē habet fallendi: licet ex intentione dicentis nō dicatur ad fallendum.

Irca scōm sciendum ꝙ mentiri iuxta ethymologiam vocabuli ē contra mētem ire. i. dicere vel facere aliquid contra illud quod est in conscientia. Aug. aūt strictius sumit mentiri ꝓut. s. est in sermone. d. Qui mentitur contra illud quod animo sētit: loquitur voluntate fallendi. 22ª. q. 2ª. is autem Dicere falsum est dicere aliquid esse ita quod non est ita: non distincto vtrum intendat dicere verum vel falsum. Mendacium vero cōprehendit vtrunq̃. Est enim mendacium vt dictum est falsa significatio vocis. Ecce falsū dicere cum intentione fallendi. ecce mentiri. Ex his patet ꝙ hec duo. s. falsum dicere et mentiri se habent vt excedentia et excessa: quia non omnis qui mentitur dicit falsum: immo aliquādo dicit verum: licet intendat dicere falsum. et econuerso. non omnis qui dicit falsum mentitur: immo aliquando credit dicere verū: licet dicat falsum. ergo qui mentitur semper fallit voluntate: licet quandoq̃ fallatur in facti veritate: et ideo semper peccat: quia ream linguā non facit nisi mens rea. 22ª. q. 2ª. homines. in fine. Qui vero dicit falsum non semper peccat Aliquando enim dicit falsum cum intentiōe. Et tunc est peccatum et mendacium. Aliquādo dicit falsum et credit dicere verum. Et tūc si adhibuit debitam diligentiam: non peccat. Si autem peccat venialiter: vt in. c. homines ꝑalle. Qui autem dicit mendacium semꝑ peccat: vt. 4ª. q. i. in fine.

Irca tertium sciendum ꝙ species siū differentie mendaciorum ſm Augus. li°. de mendacio. et habetur. 22ª. q. 2ª. primum. sunt octo. Primum est mendacium in doctrina religionis. Et scōum Alex. an. 2°. ti. 2. c. de mendacio. ar. 7°. questiuncula. 5ª. religio sumitur hic cōmuniter ſm ꝙ nos religat ad tenendum non tātum ea que sunt circa fidem: sed etiam ea que sunt circa mores bonos In his enim duobus cōsistit sūma xp̄iane religionis. scōm vt aliquē ledat iniuste: quod. s. ē tale vt nulli prosit: et alicui obsit vt mendacium detractiōis et falsi testis ī causa crīmiali

tertium est quod vni prodest et alteri obest vt testimonium in cā pecuniaria. 4m est quod fit sola mentiendi fallendiq; libidine. vt cum quis delectatur in astutia mēdacia cōponēdi Et sicut dictum est supra: libido fallendi non dicitur hic libido decipiendi: sed dicitur libido falsum dicendi. Et dicitur hic mendacium fieri sola libidine mentiendi: quia cum libido dicat a libendo: nihil habet hic mendacium neq; in se: neq; in causa extra illum in quo est libido. s. mētientem. Propter quod etiā Augusti. vocat ipsum mēdaciū merū. Non sic d alys mēdacys: quia habent causam extra mētientē. s. nocendi vel iuuandi: vel placendi.

Nota etiam hic q libido pōt dici dupliciter Vno° stricte z pprie: sm quod dicit Aug°. q libido est appetitus animi: quo aliqd tpale p/ponitur bono eterno. Et sic non est radix nisi mortalium peccatorum. Et sic nō sumit i 4°. mendacio. 2° mō dicit cōiter. s. put est radix n tm mortaliū: sed etiā venialiū. Unde cū dicat a libendo sicut libere quod est liberi arbitry pōt inordinate moueri ad mortale z veniale: ita z hic libido potest eē radix vtriusq;. Et sic cadit libido in rōne huius mēdacy. Hec alex. 3°. t. i. c. de. 8°. pcepto. ar. 6°. o. z 2°. t. 2°. c. de mendacio. ar. 7°. questiuncula. 4a. z Bon. 3°. di. 38. ar. 5°. 5m est quod fit placēdi cupiditate: vt mēdacium adulationis. 6m est quod nulli obē et alicui prodest. s. ne sibi pecunia auferatur. 7m. est quod nulli obest z alicui prodet: vt. s. mortem euadat. 8m quod nulli obest: z ad hoc prodest ne castitas violetur. Est z alia diuisio mendacy breuior. s. in mendacium perniciosū iocosū: z officiosum. Et colligitur ex vbis augus. super illud psal. Perdes oēs qui loquūtur mendacium: z habet. 22a. q. 2a. ne qs. Et hc 2a. diuisio mendacy est sm Ray. z Hosti. plenior q prima: quia sm eos mēdaciū perniciosum cōprehendit sub se primas quinq; differētias pme diuisionis. mēdacium vero officiosū cōprehendit reliquas tres. Sic sm ipsos mendaciū iocosū i 2a diuisiōe supaddit mēbris p/me diuisiōis. Scdm aūt oēs theologos: quorum scripta vidi. s. sm Alex. an. vbi supra ar. 5°. c. Bon. vbi supra. Rich. 3° di. 38a. ar. 3°. z Pe. non superadditur diuisioni pme: sed continet in ea: z cōprehendit sub se 4m z 5m mēbrū ei° Et hoc verius credo. Unde vna illarum non excedit aliam: nec ecōuerso. z vna illarum icludit in altera. z ecōuerso. Hoc aūt sic p3. Mēdacium enī habet p formali completiuo: vt dictum est supra intentione3 fallendi. Et iō sm intentionem dicentis h3 mendacium in spēs diuersificari. Intendit enim aut prodesse: z sic est mendacium officiosum. Aut delectari: z sic est iocosu3. Aut ledere: z sic est pniciosū. Perniciosum aūt cōtinet tria pma mēbra pme diuisiōis. sm q aliquis pōt ledere. vel in spiritualibus: z sic est pmum mēbrum pme diuisionis. Uel in tpalibus: z hoc aut vt alicui obsit z nulli prosit. z sic est scdum membrum. Aut vt alicui obsit: z alicui prosit. z sic est 3m. Iocosum vero continet duo mēbra pme diuisiōis. s. 4m z 5m. Intendit enim mentiens delectari. Et hoc vel seipsum ad solatiū prouocando z sic est 4m. s. mendaciū simpliciter iocosū. Ut audientes. et sic ē quītū. Mēdaciū aūt officiosū cōtinet tria vltima mēbra. Intendit enī mētiens pdesse alteri: vel in rebus: z sic 6m membrum. Uel in corpe: z sic est 7m. Uel in anima z sic est octauū. Et sic p3 ppositum. S3 nū quid est mēdacium si quis non impleat quod pmisit? Rñō. Qui aliquid pmittit si animu3 habeat faciendi quod pmittit non mentit: qr non loquit contra id quod gerit in mēte. Si vero non faciat quod pmittit: videtur infideliter agere per hoc q animū mutat. Potest tamen ex duobus excusari. Uno modo si pmisit illud quod est illicitum manifeste. Et tūc pmittendo peccauit. Unde mutando voluntatem bene facit. Alio° si sint mutate cōditiones psonarum z negociorum. Ut enī dicit Seneca li. de offi. ad hoc q quis facere teneatur qd pmisit requiritur q oīa maneant immutata. Alias nec fuit mēdax in promittēdo: qa qd pmisit habebat in animo sub conditionibus debitis nec etiam est infidelis non implendo: qa eedem conditiones non extant. Unde z apls non est mentitus: quia corinthum non iuit q se iturum promisit. vt dicitur. 2a. cor. ii°. z hoc propter impedimētū qd superuenit. Hec tho. 2a. 2e. q. iio. ar. 3°. c. 5m. Ad hec nota q mendacium potest sumi tripliciter. sc3 proprie. z sic est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Et communiter accipitur pro peccato duplicitatis. sc3 cum aliud est in mente: z aliō dolose sumitur in opere sm illud psal. Mendaces fily hominum in stateris. tertio sumit cōissime. z sic dicit glo. super illud psal. Quia delectasti me: q omne peccatum mendaciu3 est: quia est contra legem z veritatem. Quod dicitur pro tanto: quia a vero bono elongat: z veram delectationem quam promittit n dat Et sic ēt sumit Iō. 8°. Diabol° ē mēdax z pr eius. i. mendacy. i. peccati. sm glo. Et in psal. Omnis homo mendax. i. peccans. Hec Alex. an. 3°. t. i°. c. de 8°. precepto. ar. 6°. c. primum ad oppositum.

Circa quartū articulū qruntur plura. sc3 vtrū mēdacium sit sm se malum z peccatum? Rñdeo q sic. Unde nullo

pacto:nullo fine:nulla dispensatione humana vel diuina pōt fieri bene. Et hoc Aug⁹.dicit expsse li.de mendacio.z nitit multipliciter pbare. Et in hoc conueniunt cōiter doctores:vt dicit Boñ.3.di.38.ar.2.c. Rō huius est:qz dupliciter dicitur aliquid esse malū.s.aut ex genere actus:vt cum actus super materiam indebitam transit. Aut ex malitia intentiōis. Potest autem actus transire super materiam dupliciter s.respectu dei:z respectu pximi. Si respectu dei:sic est malum in se:z fm se:neqz vllo mō pōt fieri bñ.vt est deū odire. Si respectu proxi:vt ē nocere pxīo:sic est malū in se:ñ tñ fz se Unde pōt aliquo fine fieri bene:quia pōt ibi recta intentio superuenire. Si autem aliquid est malum ex malitia intentiōis:tūc siue sit respectu dei:siue pximi simpliciter est maluz:et nullo fine pōt fieri bene:quia dicit puationez debiti finis. Tale autem est mendacium:qz ñ tm̄ dicit malum ex hoc qꝫ transit super indebitam materiam:sed etiam quia habet intentiōis maliciam. Utrum omne mendacium sit mortale peccatum: Rño qꝫ nō:sed aliqd ē mortale:aliquod ē veniale. Mendaciuz eniz esse peccatū mortale dupliciter pōt intelligi.s. aut per se.s.rōne sue spēi. Aut per accidēs.s.rōne alicuius circūstantie. Primo modo illd mēdacium est peccatum mortale:quod ē fm suam spēm ꝫ charitatem:vt ē mēdaciū in doctrina religionis:z mēdaciū quod est in nocumētum pximi:siue psit alicui aly:siue nlli. Et sic tres pme differentie que cōtinent sub mendacio pniciosō sunt peccata mortalia rōe sue speciei. Et de hiꝰ intelligitur illud psal. Perdes omnes qui lo.men.z illud Sap.i. Os qd mētitur occidit aīam. Illud autem mendacium qd fm suam spēm non est ꝫ charitatem: nō ē fm suam spēz pctm̄ mortale:sz veniale.vt mēdacium in quo nō supra:sed infra deum intēditur aliqua leuis delectatio:vel etiam vtilitas pximi. Et sic mēdacium continens duas differentias mendacy.s.quartā z qntā:z mendacium officiosum cōtinēs tres vltias differētias:non sūt fm suam spēm peccata mortalia sed venialia. Unde Aug⁹.sup illud psal. Perdes omnes qui lo.mē. Duo inquit sunt genera mēdaciorum:in quibus nō est magna culpa:sed nō sunt sine culpa.scz cuz aut iocamur aut pximo cōsulendo mentimur. 2⁹ mō.scz p accidens etiam mēdaciū iocosū:z officiosum pōt esse mortale. Et hoc contingere pōt quadrupliciter. Primo rōne nocumēti:vt cū mētiens videret pbabiliter ex suo mēdacio alicui imminere aliquod notabile nocumētum lz illud mēdaciū nō esset ad hoc ordinatum Alioꝰ rōne nimie libidinis siue complacentie seu delectatiōis:quod cōtingit in mendaciō iocoso.puta fm Rod.cum aliqs suam vl alterius complacentiam:siue delectatōnē in suo mendacio:dilectiōi dei:z mandatorum eius pponeret:tunc in tali mēdacio mortalit peccaret. Unde Aug⁹. Nullum pctm̄ adeo ē veniale qꝫ nō fiat crimiale:dum placet. Secus est si delectatio illa esset sub deo:ar.25ᵃ.di.§.crimis 3⁰ rōne cōtemptus etiam in mendacio iocoso vt cum quis pro indifferenti:z p nihilo hz dicere tota die mendacia iocosa:sicut vera:sicut faciunt mimi:z ioculatores:z siles fm hostiē. ar.e.di.§.alias. Secus est de alys quibus hoc accidit forte raro:vel ex euentu. Und si Ray. z Host.qñ dixerunt 4ᵐ z 5ᵐ genus mendacy esse perniciosa:z mortalia pctā:intellexerūt h modo.s.rōne alicuius circūstantie.puta contēptus vel libidinis:vel nocumenti:vel scādali: bene dixerūt. Si aūt intellexerūt rōne sue spēi Cōtrarium sentire videnf Alex.an.2⁹.t.2⁹.c.d mēdacio.ar.4.o.Boñ.3.di.38ᵃ.ar.3.c.Rich.3⁰ di.38.ar.3⁰.c.z Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.110.ar.4⁰.c.quibꝰ in hac materia magis assentiendū puto. 4.⁹ rōne scandali. Scandalum autem ex multl cāis contingere potest:Et cōtingit frequenter rōe circūstantie persone:vt cum mentiens est perfectus:z quo ad vite statum:z quo ad reputationem hominum. In tali enim si conscientia dictet sibi pbabiliter qꝫ ex suo mendacio sequetur scandalum:mendacium est pctm̄ mortale. Secus est si sit perfectus:non tñ ī opinione hominū. Licet eniz in tali sit grauius peccatum qꝫ in homine imperfecto:non tñ est mortale:quia non subiacet scandalum. Et sic itelligi potest quod dicit Aug⁹.super illud psal.p. oēs qui lo.men. Si quis inquit non vult hominem perdere ad mortē:verū taceat:sed falsū non dicat:ne p corpe alterius animam suam occidat. Et similiter illud quod idem dicit li. contra mendacium.s.qꝫ perfectorum ē preceptum:non tantum non mentiri:sed nec velle mentiri. Et hec que dicta sunt in hac solutiōe consonāt verbis.Boñ.Ric.z Tho.vbi supra.

Notandum aūt circa quintum genus mēdacy.s.mēdacium adulatiōis fm Ray. qꝫ tripliciter quis adulatur.s attribuendo alicui bonum quod non habet. Approbando malū qd habet. Et superexcellendo bonum quod habet. Primo modo z 2⁰.credit Ray.esse peccatum mortale:sed 2⁰ mō grauius.22ᵃ.q.2ᵃ.primum.z di.46ᵃ.sunt nonnulli.z di.38ᵃ.c.nllus 3⁰.mō credit veniale.di.25ᵃ.§.alias ea demum Quidā tñ dicunt in pmo mō eē veniale. Hec Ray. Scdm vero hosti.pmo mō pōt dici mōtale in mimis z similibus.in alys vero quibꝰ hoc accidit forte raro vel ex euentu ē veniale

Quia vero de mendacio in hoie pfecto sūt diuerse sñie: iō vt melius satisfiat lectori referā eas succicte. Dicūt eni quidā q mēdacia illa q̄ sūt venialia in ipfectis: vt mēdaciū iocosum ⁊ officiosū: sūt etiā venialia i pfectis. magis tñ grauia. Alij dicūt q mēdacia officiosa sūt semp in pfectis mortalia: iocosa vero sunt venialia: p eo q hō mēdacia officiosa ex animo dicit: ⁊ per ea fallere intēdit: nō aūt p iocosa. Hec aūt. s. mēdacia iocosa esse venialia i pfectis intelligendū videt̄ fm Ray. ⁊ Hos. qñ ille cui dicunt̄ iocosa mēdacia scit dici cā iocādi. Sic videt̄ Aug⁹. dicere illud. 22ª. q. 2. ne qs ⁊ qñ in dicendo ea nō est contemptus: vel libido nimia. Dicitur autem hic pfectus fm ray. ⁊ hosti. vir claustralis siue religiosus q ex toto renunciauit mundo. Et multo magis fm hosti. eps qui sicut precellit in dignitate: ita pe minere debet alijs in religione ⁊ sanctitate. Uel etiam vir perfectus dr̄ fm hug. ⁊ Jo. vt hosti. refert ille qui si decederet: statim ad priam euolaret. Prima opi. magis placet Ray. Et qui tenent eam rñdēt ad verba Aug. vt dicit Boñ. 3°. di. 38. ar. 4°. c. q Aug⁹. non intēdit dicere q pdicta mēdacia sint pfectis viris peccata mortalia: sed q sint in eis grauiora et magis indecentia: quia mētiēdo se ⁊ alios ad mortem disponūt. 2ª vero opi. magis consonat verbis Aug. qui videt̄ expresse dicere super illud psal. perdes o. q lo. mē. q mendacium officiosum est viris perfectis mortale pctm̄. Ipse. n. ppter magnū veritatis zelū maxime detestat⁹ est mēdacium: ⁊ iō illud saltem a viris pfectis voluit elongare: vt veritas in aliquibus sedez solidam inueniret fm Boñ. vbi supra in fi. articuli. Et hec. 2ª opi. est tutior fm hosti. ar. di. 5ª ad eius. Tenet etiam eam frater Guil ď mara loquens indistincte de viris perfectis. Uidet etiam ei magis adherere Boñ. Distinguit tñ rationabiliter de viris perfectis: vt iam statiz patebit. Scđm enim q ipse dicit: homo ñ obligat̄ spāliter ad aliqd vltra alios: nisi rōne voti emissi: vel officij cōmissi: vel scandali imminentis: vel cōscie dictantis: Si ergo viri perfecti sunt obligati ad nō mētiendū aliquo genere mendacij: cum nō sint obligati ad hoc ex pcepto: nec ex voto: nec ex officio cōmisso erūt obligati ppter scandalū: ⁊ cōscie vinculuz. Et ideo distinguendū est: q quidaz sunt perfecti publici. Quidam occulti. Primis adhibet̄ fides tanq̄ cōseruatoribus veritatis. Et qr mēdaciū dephensū facit vt hō ñ credat alt̄i: sz ipi mentirent̄: iā nec eis crederet̄ nec aliqb⁹ alijs: ⁊ sic veritati preiudicaret: ⁊ alijs occasio scādali daretur. Et ideo tales debēt habere ɔsciam q p nulla re dicāt mēdaciū ppter vitandum scandalū ⁊ veritatis cōtemptum. Qñ ḡ dicūt: mortaliter peccant. tū qr faciūt ɔ̄ ɔsciam. tum qr alios actiue scandalizāt. Nō sic aūt scādalizant̄ de impfectis: vel de pfectis occultis: iō tales non sic obligant̄ ad oē mēdacium euitādum. Sed contra. Sup illud ro. 14°. Oē qđ ñ est ex fide est pctm̄. dicit glo. Oē qđ fit ɔ̄ ɔsciētiā edificat ad gehēnā. Sed oē mēdaciū fit ɔ̄ ɔsciam. ḡ ⁊c̄. Rño ad gehennā edificat p cāz pctm̄ mortale: sed per occasionē siue dispositionē veniale. Unde etiam mēdaciū veniale edificat ad gehennā dispositiue. Uel etiā fm pe. 3. di. 38ª. quicqd fit ɔ̄ ɔsciam faciendi ex necessitate edificat ad gehennā. Nō autē quicquid fit ɔ̄ ɔsciam faciendi ex honestate. Ad h̄ nota fm alex. 3°. ti. i. c. de. 8. pcepto. ar. 6. c. iuxta rñsionē ad obiecta: q cū Aug⁹. dicit sup illud p des oēs q lo. mē. q vir pfectus mētiri non dz p cōseruanda alteri⁹ vita: ne pdat aiam suam non intēdit dicere q pfectus quocūqz mendacio mentiat̄ mortaliter peccet: sed q semp vitare mēdacium dz: ne p vita alicui⁹ seruanda discrimē cōmittat in aiam suam. Propter veiale enim citius veniet ad mortale. Unde cuz dicit. dū vitā alt̄ius seruat: supple mēdacio veniali: aiam suam perdat. i. aliqñ pdere cōtigat mēdacio mortali. ℞. Quia nescit̄ vtrū mēdacium pueniat ex radice mala siue libidine. i. amore mortali vel veniali: ideo dicit. Ne forte ⁊c̄. Unde nō asserit ppter hoc q perdat aiam suam. Est aūt libido mortalis appetitus animi quo bonis eternis q̄lz tpalia preponunt̄: vt vult Aug⁹. li. ɔ̄ mēdacium. Libido vero venialis est appetitus sensualitatis vel rōnis quo aliquod tpale nimis diligit̄: tñ sub deo. Hec alex. vbi supra. Sed nunqd oē mendacium est phibitum in hoc pcepto. s. nō loqueris falsum testimoniū? Rñdeo q sic. loquēdo ď mēdacio: quod puenit ex libidine mortali. nō āt mēdaciū pueniēs ex libidine veniali. Sic nec in alijs pceptis phibet̄ culpa venialis. Et qđ dicit Aug. li. de mēdacio q in nullo casu ē mētiendū: intelligitur quia est malū fm se: ⁊ mendacium mortale separat a veritate diuina. veiale aūt ad separationē disponit. Hec Alex. an. vbi supra. Querit̄ etiā: quod genus mendaciorum sit grauius pctm̄? Rño. Scđm q beatus Aug⁹. dicit: gradus mendaciorum sequitur ordinē: ita q pmum est magnū: ⁊ vltimuz est mīmū. Nō h⁹ est: qr fm q vult phs li. top. si magnū in vno genere excedit maximū i alio genere: ⁊ simpl'r hoc genus excedit illud. Uñ ad hoc q aliqđ gen⁹ excedat alterū: nō oz q singula h⁹ excedāt singula alterius generi: sed q summum in vno genere excedat summum in alio genere. Exemplū pōt poni de equo, ⁊ a

sino. Quam ergo inter mendacia omnia: illud est maximum quo quis intendit nocere in spiritualibus ideo primum genus mendacii quod fit in doctrina religionis cum ad hoc ordinetur est inter omnia mendacia summum. Quia vero non potest aliquis pro causa maiori mentiri quam pro conservatione spiritualis boni: vel bono spirituali annexi: ideo illud mendacium est leuissimum. quod fit pro conservanda corporis castitate: uel aliquo simili. Et sic gradatim ascendendo et descendendo est videre in aliis. Unde valde rationabiliter Augustinus species mendaciorum et gradus ordinauit.

Circa 5m ar. plura queruntur. s. Utrum sancti patres mentiti fuerint in aliquibus dictis suis que referuntur in sacra scriptura: Respondeo in sacra scriptura vt dicit aug. inducuntur aliquorum gesta quasi exempla perfecte virtutis: de quibus non est extimandum eos mentitos fuisse. Si quando tamen in eorum dictis mendacia videantur intelligi debent esse dicta figuraliter et prophetice. Quod enim dixit Abraham gen. 22. se ad seruum cum puero reuersurum: non fuit mendacium: quia secundum Alchbinum etsi intendebat filium immolare: credebat tamen vt dicit apostolus quod dominus eum suscitaret. Sciebat enim quod firma erat promissio qua dictum fuerat ei. In Isaac vocabitur tibi semen. Vel cum dixit. reuertemur. subintelligitur. si dominus voluerit. Non est etiam mentitus abraham gene. 12. et 20. dicens quod Sara esset soror sua: quia vt dicit Aug. in questionibus sup gen. hoc dicens: veritatem voluit celare: non mendacium dicere. Soror enim sua dicebatur: quia filia fratris eius erat. Unde ipse dixit gen. 20. Vere soror mea est filia patris mei: et non matris mee: quia. s. ei attinebat ex parte patris. Isaac etiam dicens gen. 26. de Rebecca vxore sua quod soror eius esset: non fuit mentitus: quia erat eius soror et vxor. Jacob etiam dicens gen. 27°. se esse Esau primogenitum Isaac: non est mentitus: quia hoc dixit mystice: pro eo quod primogenita eius debebantur sibi de iure. et sic iacob erat Esau primogenitus: non in persona quidem: sed in iure primogeniture. Usus autem fuit hoc modo loquendi per spiritum prophetie ad designandum mysterium: quod. s. populus minor. s. gentilium substituendus erat in locum primogeniti. s. populi iudeorum. Vel etiam ad designandum quod populus ab eo descendens erat preferendus quantum ad deum: populo ab Esau descendente. Isaac vero dixit hoc Jacob fraudulenter egisse: quia sic extimabat. vnde nec ipse mentitus fuit. Joseph etiam gen. 42°. dicens fratribus suis exploratores estis: non fuit mentitus: quia hoc non dixit asserendo: sed potius tentando: siue interrogando. Non fuit etiam mentitus gen. 44° dicens quod habebat sciam auguriandi: quia ibi sumitur augurium communiter pro futurorum prouisione. Vel potest dici: quod hoc dixit interrogatiue exprimens opinionem populi quam de ipso habebat Vel etiam secundum Aug. 5° super gen. Joseph dixit illa non serio: sed ioco: et ideo non est habendum pro mendacio. Mendacia enim a mendacibus seriose dicuntur. Quod debet intelligi secundum quod mendacium dicitur falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Quidam vero laudantur in scripturis non propter perfectam virtutem sed propter quandam virtutis indolem: quia. s. in eis apparebat aliquis affectus laudabilis: ex quo mouebantur ad aliqua indebita facienda. Et sic iudith laudatur: non quia fuit Holoferni mentita: sed propter affectum quem habuit ad salutem populi: pro qua se periculis exposuit. Licet etiam dici possit: quod eius verba sunt secundum aliquem intellectum mysticum vera. Unde secundum glo ibidem non dixit illa adulatorie mentiendo: sed futura prophetice predicando. Utrum obstetrices peccauerint mortaliter vel venialiter in mendacio suo: de quo dicitur exo. i. quod dixerunt. non sunt hebree mulieres sicut egyptie etc. In quo sunt mentite secundum glo. et sanctos. Videtur enim quod mortaliter quia dicit ibi glo. Greg. quod benignitatis earum merces: que in eterna vita remunerari poterat per mendacii culpam in mercedem temporalem est commutata. Nihil autem hanc commutationem facit nisi peccatum mortale ergo etc. Contra hoc est glo. alia ibidem dicens. Leuioris est culpe si quisque mentiatur prestando beneficium. Item videtur quod circa hoc Hiero. sit contrarius. Greg. dicit super Isai. versus finem: quod dominus eis preparauit domos spirituales. Et sic videtur quod non retribuerit eis in peccati. Respondeo. Hic est multiplex modus dicendi. Unus est quod obstetrices mentite fuerunt pro conseruatione vite puerorum: et vite proprie Et respectu vite puerorum: mendacium illud fuit ex pietate: et peccatum veniale: quia erat mendacium officiosum. Respectu vero vite proprie quam magis diligebant quam veritatem: fuit ex libidinoso amore vite sue: et eo tempore quo veritas erat confitenda. s. quando interrogate fuerunt in iudicio a iudice. Et secundum hoc fuit peccatum mortale: et abstulit eis mercedem quam prius meruerant: paruulos dei timore seruando. Et secundum hoc loquuntur diuersimode sancti. Et huic opi. magis videtur adherere Alex. an. 2°. ti. 2. c. de mendacio. ar. 6. q. 2a. Sed ille modus dicendi est secundum Bon. 3°. di. 38. q. circa literam. q. i. calumniabilis. quia durum videtur dicere quod aliquis dicens aliquod leue mendacium pro salute corporis sui mortaliter peccet. Dicunt etiam aliqui: vt dicit Rich. 3° di. 38a. in expositione littere quod obstetrices: quia requisite in iudicio a iudice: vbi quilibet tenetur non negare veritatem: mentite fuerunt: ideo mentiendo mortaliter peccassent nisi fuissent opus

misericordie: cuius inquisitio ad Pharaones non pertinebat: quia non est data aliqua potestas homini ad agendum aliquid contra deum. Alius autem modus dicendi est: quod in obstetricibus illis est duo considerare. scilicet beneficium pietatis precedens: et mendacium subsequens. Et primum fuit ex pietate quadam naturali: quod quidem non erat vite eterne meritorium de condigno: quia non erant in charitate: sed de congruo: quia disponebat eas ad charitatem: sed mendacium subsequens disposuit ad contrarium: et ideo pietas precedens fuit temporaliter remunerata propter mendacium: quod ad gratiam sive charitatem viam impediuit: quod quidem facere potest veniale. Et hoc vult dicere Gregorius cum dicit. Benignitatis earum merces que in eterna vita remunerari poterat. Poterat inquam potentia remota: non potentia disposita et propinqua. Et ex hoc nulla est controversia inter Grego. et Augus. nec etiam inter eos et Hiero. quia ipse non vult dicere quod obstetrices habuerint domos spirituales per gratie assecutionem: sed quod quodammodo preparate fuerint ad gratiam per timorem et pietatem. Et huic modo dicendi adheret Bon. vbi supra. Hunc etiam modum ponit Alex. vbi supra. 3us modus dicendi est secundum Tho. 2a 2e. q. 110. ar. 4. c. 3m. scilicet quod obstetrices quo ad effectum precedentem meruerunt remunerationem eternam. Unde Hiero. exponit quod dominus edificauit eis domos spirituales: sed quo ad actum mendacij non meruerunt remunerationem eternam: sed forte aliquam temporalem: cuius merito non repugnabat deformitas illius mendacij: sicut merito remunerationis eterne. Et sic intelligi debent verba Greg. d. quod merces benignitatis earum que potuit eis in eterna vita retribui premissa culpa mendacij: in remunerationem temporalem est declinata. Non enim intelligit quod per illud mendacium amiserint remunerationem eternam quam iam meruerant ex affectu precedenti. Secundum vero alex. 3o. t. i. c. de. 8o precepto. ar. 6. c. 7m. ad oppositum. si mendacium obstetricum processit ex libidine mortali: puta si diligebant vitam temporalem hebreorum super deum fuit mortale. Et in hoc casu loquitur Grego. Si vero processit ex veniali libidine. i. amore sub deo: fuit veniale. Et sic loquitur Hiero. supponens eas ex pietate fuisse mentitas: sub deo tamen vitam illorum dilexisse: et ideo vitam eternam meruisse. Esto quod aliquis videat sibi periculum imminere amittendi castitatem. nunquid licebit ei mentiri propter illud periculum euitandum? Ad hoc respondet Alex. an. 2o. t. 2o. c. de mendacio. ar. 7o. q. 2a. et Bon. 3o. di. 38. ar. 6. in responsione ad primam questionem: quod ille qui est in tali periculo constitutus: aut est perfectus amator continentie. Aut imperfectus. Si est perfectus ita quod possit confidere de continentia mentis: non debet mentiri pro vitanda corruptione carnis: quia sicut dixit beata Lucia: si me inuitam violaueris: castitas mihi duplicabitur ad coronam. In tali enim esse posset illa passio sine culpa. Si autem est imperfectus rationabiliter timere debet ne succumberet si ad statum illum veniret: et ideo ei conceditur euadere periculum maioris peccati per minus peccatum. Unde sanius consilium est tali falsum aliquod dicere quam illam passionem sustiere. Et hoc est quod dicit aug. li. de mendacio Peccata illa que ita committuntur in homine: vt eum faciant immundum: et in peccatis nostris vitare debemus. Ac per hoc nec peccata dicenda sunt quia ideo fiunt vt immunditia euitetur. Quod intelligi debet non quod non sint peccata simpliciter sed quod non sint grauia. Et sicut dictum est de viro imperfecto respectu sui: sic etiam dicendum est de viro imperfecto respectu alterius imperfecti secundum Bon. vbi supra. Utrum liceat alicui dicere mendacium: vt ad fidem vel religionem alliciat proximum? Respondet Bon. vbi. s. responsione ad. 2. q. quod non quia non indiget deus mendacio nostro: nec debet aliquis credere quod aliquis conuertatur per falsi suggestionem: sed potius per spiritus sancti inspirationem: quia vt dicit Grego. inuanum laborat lingua doctoris: nisi intus operetur gratia saluatoris. Utrum predicator et doctor theologie semper mortaliter peccet mentiendo cum faciat contra doctrinam suam: que est doctrina veritatis? Respondet pe. 3o. di. 38. quod non. Grauius tamen peccat si scandalum vel contemptus doctrine sit annexum. Tunc enim si sciens hoc mentitur mortaliter peccat. Si dicatur quod faciat contra doctrinam: dicendum quod facere contra illud quod bonum docet faciendum ex necessitate: peccatum est mortale: sed non contra illud quod docet ex consilio vel vtilitate. Utrum liceat alicui mentiri pro conseruanda alterius vita? Respondet pe. 3o. di. 38a. quod non: neque etiam imperfecto. Licet enim imperfecto veritatem celare: sed non falsitatem dicere secundum Aug. ar. pro eo. 22a. q. 2a. primum et di. 14. quod ait quot sunt capitula Aug. et 22a. q. 2. omne. quod est capitulum Isido. Imperfectus ergo de quesito ad mortem debet celare veritatem. scilicet sophistice vel figuratiue querentes deludendo: vel omnino tacendo: vel expresse se non indicaturum asserendo: sed non debet falsum dicere. Si vero ex eo quod non mentitur coniecturam accipiunt. non tamen ipse prodit. Si dicatur quod Aug. dicit quod hoc non conuenit perfectis. 22a. q. 2. ne quis. ergo a contrario sensu conuenit imperfectis? Respondeo quod dicit illud non conuenire perfectis: non quia conueniat alijs sed quia minus conuenit eis. Unde Aug. li. de menda. De quesito inquit ad mortem si nescis te nescire fatendum est. Si scis. non est dicendum nescio Si autem sit necessario dicendum: dices. Scio vbi est:

nūquā autē demōstrabo. Secūdū aūt hosti. t. de pe. pōt rñderi. Si talez queris curre illuc cito. ita tñ ꝙ sibi ostdatur alia via ꝙ̃ fugiēs te neat: vt̄ alius loc⁹ ꝙ̃ vbi latet. Vel sic. Multi domū istā intrāt ⁊ exeūt quos nō video: nꝫ scio vbi sit. i. in quo angulo domus. Vel sic Nō vidi eū diu ē. Possū. n. itelligere illō diu sicut volo. Vel sic. Nō est hic. i. i loco vbi sū.

De falso testimonio ⁊ testib⁹. ti. 37⁹.

Ostea cōsideran

dū ē ꝺ falso testimonio. Et primo de peccato eius. 2°. de pena eius. 3°. qualr̄ testis ī testificādo se hēre debet. 4°. an testes sint cogēdi: ⁊ qualr̄. ⁊ qñ. 5°. vtrū testes peccēt se subtrahendo a testimonio. 6°. vtruꝫ liceat eis pecuniam recipe ꝓ ferendo testimonio. 7°. qui pñt esse testes. ⁊ qui non. 8°. quot testes requirūt̄. Cetera de testibus relinquo iuris peritis grā breuitatis. Circa pri^m sciēdū ꝙ falsuꝫ testimonium semper est pc̄tꝫ mortale. Habet enim deformitatem. tum ex periurio: quia testes nō admittūt̄ nisi iurati. ⁊ ex hoc est semper mortale peccatuꝫ ex suo genere: sicut ⁊ quelꝫ alia iniusticia. Tum ex falsitate secundū ꝙ omne mendacium non tamen ex hoc habet ꝙ semper sit mortale. Unde falsū testimoniū in iudicio ꝓlatuꝫ ad iusticiā impediendā: nō habet rōeꝫ peccati mortalis ex mendacio: sed ex periurio. Nō etiā ꝙ in testimonio nō debet hō asserere ꝓ certo quasi sciens illud de quo nō est certus: ſꝫ dubium dꝫ sub dubio ꝓferre: ⁊ illud de quo est cert⁹ ꝓ certo dꝫ asserere. Si quis tñ sollicite recogitās estimet se certū esse de hoc: qd̄ est falsū nō peccat mortaliter asserēs illud: qꝛ nō dixit falsū testimoniū per se ex intentione: sed per accn̄s contra illud quod intendit.

Circa 2^m sciēdū ꝙ sicut dicit Augu. testis falsus trib⁹ est obnoxius. s. deo cuius p̄ceptū ꝯtēnit. Iudici: quē mētiendo fallit. Et proximo quē ledit. ex̄ de cri. fal. c. i. Propt̄ pri^m septēnis pn̄ia sibi tāquam periuro dꝫ imponi. 6^a. q. i. quicūꝗ. Propt̄ 2^m infamabit̄. 22^a. q. 5^a. si qs ꝯuictus. vel verberib⁹ castigabit̄. 5^a. q. 5^a. illi q. vel ex̄ordinarie poterit puniri. vt. C. de testi. l. nullū. Propter 3^m ꝰm modū lesionis condēnabit̄. ar. C. ꝺ pe. iudi. qui male iudi. l. 2^a.

Circa 3^m. sciēdū ꝙ testis dꝫ ꝑsōa cōis eē: ⁊ debet iurare tactis sacro sanctis euangelijs: purā ⁊ merā ueritatē quā nouit ꝺ facto sup q̄ inducit̄ dicere: nulla adiecta falsitate. 3. q. 9. hōtamur. ⁊. 4^a. q. 4^a. null⁹ vnꝗ. ⁊. 14^a. q. 5^a. nō sane. Ep̄s tñ nō tāgit euāgelia: lꝫ corā eo ponāt̄. Pōt ēt ei iuramētum remitti de ꝓtiū volūtate secūdū ray: ar. ex̄ de iureiur̄. cū quidam. ⁊. C. de iureiur̄. l. i.

Circa 4^m sic distingue secūdū gof. s. ꝙ aut reqrit̄ testimoniū in cā ciuili: aut in criminali. Si in ciuili tūc generalit̄ quilꝫ sciens ueritatē dꝫ cogi perhibere testimoniū veritati. C. de testi. si qñ. ⁊. 14. q. 2. quā quā. Si in criminali: aut agit̄ ꝺ crimine ciuiliter. Et sic etiā sunt cogēdi. ex̄ ꝺ testi. co. preterea. ⁊. c. cū ꝫ. Aut criminaliter. Et tunc aut agit̄ de crimine falsi. Et sic etiā sunt cogendi. vt in. c. cū ꝫ. Aut de alio crimine. Et tūc generalit̄ nō sūt cogēdi. ex̄ de testi. co. dilectorꝫ. Preterꝗ̃ si ꝑ alios veritas nō pōt liquere: vt in. c. quāꝗ̃ palle. Vel nisi se subtrahāt gratia odio vel timore. ex̄ ꝺ testi. co. c. i. Sūt aūt cogendi ꝑ cēsurā ecclesiasticā: vt pꝫ ex forma lr̄arū pape ꝑ clausulā illā. s. testes āt. ⁊c̄. Que si ñ ponat̄ ibi: vt solet fieri qñ in eis sit mētio de crimine: nihilominus iudex ad iura se referat ⁊ testes cogat: vel non cogat ꝰm supradicta. Cōsuetudo tñ curie romane ē ꝙ in cāis ꝺ facto vbi agit̄ de crimine: nullū testē cogat q̄litcūꝗ de eo agat̄. Et idē seruat in lr̄is nō apponēdo clausulā p̄dictā. Nōt etiā Ray. ti. ꝺ rapto. ꝙ qñ qs ꝑꝑ defectū ꝓbationū rē suam amitteret: tunc ꝑsone p̄uilegiate vt presbyteri cogendi sunt iurati testificari. 14^a. q. 2^a. quāꝗ̃ Non tamen in causa sanguinis.

Circa 5^m sciendū ꝰm gof. ꝙ illi q̄ subtrahunt suū testimoniū illi rei: que ñ nisi ꝑ eos ꝓbari potest: mortalit̄ peccant. Et iō cogēdi sunt satisfacer̄: sicut ꝺ alijs mortalib⁹. 6^a. q. i. illi qui. Et maxime peccat q metu alteri⁹ celat uer̄. Vñ aug. ii^a. q. 3^a. Quisqs metu cuiusꝗ potestatis veritatē occultat irā dei super se ꝓuocat. qꝛ magis timet hominem ꝙ̃ deū. Et post pauca. Uterꝗ reus est: ⁊ qui celat verum: ⁊ qui mendacium dicit: qa ille nō vult prodesse: ⁊ iste vult obesse. Tho. vero 2^a 2^e. q. 70. ar. i. c. circa h sic distinguit. s. ꝙ qñ requirit̄ testimoniū alicuius: aut requiritur auctoritate superioris cui tenet̄ obedir̄ in his que pertinēt ad iusticiā. Et sic tenet̄ ferre testimoniū in his in quibus secundū ordinē testimoniū exigitur iuris: ut in manifestis ⁊ ī his de qb⁹ īfamia p̄cessit. in alijs ꝯo ñ tenetur. Aut reqrit̄. nō tñ auctoritate supioris. Et tūc si testimoniū reqrit̄ ꝓ liberatione homīs ab iniusta morte siue pena q̄cūꝗ vel falsa ī famia: siue etiaꝫ ab aliq̄ dāno tenet̄ testificari. Etsi ēt testimoniū eius nō reqrit̄: tenet̄ facere qd̄ in se est: vt denūciet veritatē alicui q possit ad hoc prodesse ꝰm illud prouer. 24°.

Erunt eos qui ducunt ad mortez. Et Ro.i. Digni sunt morte. rc. glo. Cōsentire ē tacere: cū possis arguere. Sup his vero q̄ pertinent ad cōdēnationē alicuius nō tenet aliqs testificari: nisi cū a supiore cogit̄ ꝓm ordinē iuris. qꝛ si circa hoc veritas occultetur: nulli spāle dānū ex h nascit̄. Et si periculū imineat accusatori: non est curādū: qꝛ se sponte igessit in hoc periculū. Alia vero rō est de reo: cui periculū iminet ipso nolēte. Sꝫ nūquid lꝫ hōi testimoniuꝫ ferre de cōmissis in secreto sibi? R°. ꝙ nō de cōmissis. s. sibi in secreto p cōfessionē: si nouit ea tn̄ p viā cōfessionis. qꝛ vinculū sacri est maius hōis precepto. Circa vo ea que cōmittūt̄ hōi sub secreto alr̄ q̄ꝫ p ꝯfessionē: sic distinguit Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 70. ar. i. c. 2ᵐ: s. ꝙ si sint talia que statiꝫ vt nouit ea manifestare tenet̄: vt si pertineāt ad corruptionē mlr̄titudinis spiritualē vel corporalē: vel etiā graue dānū alicuius persōe: tūc p secreti ꝯmissuꝫ obligari non pōt: quin de his testificet̄ vel ea denūciet: qꝛ alit̄ fidē frāgeret quāꝫ alteri dꝫ. Si vero sint talia que quis prodere nō tenet̄ bene potest obligari ad celādū ex hoc ꝙ sibi cōmittunt̄. Et tunc nullo mō tenet̄ ea ꝓdere etiā ex precepto supioris. qꝛ celare ea tenet̄ d iure nature: supra qd̄ nō ē prelat⁹. Hec Tho. ibideꝫ. De hoc tn̄ vide in li. se. ti. 67°. Quid si qui iurēt testimoniū nō perbibere? R°. Credit gof. iuramētū esse temerariū: qn̄ non nisi ꝑ eos potest de veritate liquer̄. Tūc. n. possēt etiā propria auctoritate ꝯtrauenire. 22ª. q. 4ª in malis. Et hoc qn̄ est certū. mortale ex hoc ꝓuenire pc̄tm: secus ē si dubitaret̄. Tūc. n. eēt prius supioris auctoritas regrēda: ex̄ d elec. venerabilē. Quid si vn⁹ interfuit negocio: ꝛ cū sciat nō posse ꝓbari per vnū: iurauit nō perbibere testimonium veritati? R°. Credit gof. hoc iuramētū esse temerariū. qꝛ ꝛꝫ vnus nō faciat ꝓbationē plenā: facit tamē semiplenā: ꝛ fit delatio iuramēti vt p illud ꝓbatio cōpleat̄. C. de rebus cre. in bone fidei. Quid si aduersarius subtrahat testes? R°. Ostendit se fouere litē iniquā ex̄ de testi. cōstitutis. Et experiri debet in se iudicis auctoritatē elusā.

Circa 6ᵐ sciendum: ꝙ testis nihil dꝫ recipere pro testimonio ferendo: qa sicut nō dꝫ eē s̄nia venalis: ita nec testimoniū. i4ª q. 5ª. non sane. Expensas tamē recipere potest a ꝓducente eum 4ª. q. 3ª §. venturis. Quid si testis corrupt⁹ dicat testimonium falsum? Rn̄deo Testimonium nulluꝫ est: ꝛ qꝛ venale: ꝛ qꝛ falsū. Et preter penā falsi tenetur in iudicio aīe illi quē suo testīonio lesit ad oē interesse: ar. ex̄ de testi. sicut. Pecunia vero data non restituetur ei qui turpiter dedit: qꝛ ei obstat ꝓpria turpitudo: vt i. c. nō sane. sꝫ ei in cuius iniuriā data videtur. i. q. i. iubemus. Quid si pecunia sit data simpliciter vt testimoniū ferretur? Rn̄deo Dici pōt in hoc casu ꝓm gof. ꝙ ille qui dedit eā repetē pōt: si nō dedit eā aīo vt testem corrūperet: sed vt sibi iusticiam conseruaret. ar. extra de simo. dilectus. ꝛ. i4ª. q. 5ª. non sane.

Sequitur videre de 7°. s. qui possunt esse testes ꝛ qui nō. Circa quod sciēdum ꝙ in testib⁹ potissime. 7. sunt cōsideranda. Vn̄ versus. Cōditio sexus etas discretio fama. Et fortuna fides: in testib⁹ ista requires. Cōditio. qꝛ si est seruus a testimonio repellitur. 4ª. q. 3ª. §. iteꝫ in criminali. vs̄. item liberi. Distinguitur tamē: qꝛ seru⁹ aut ē manumissus. Et tūc recipi pōt in testimoniū eorū que vidit tēpore seruitutis. Aut est manens s̄uus. Et tūc aut interrogat̄ de his que pertinēt ad dn̄m suū: aut de alys. In primo casu nō admittit̄. s. nec p dn̄o: nec ꝯ dn̄m: nisi in criminib⁹ exceptis. s. adultery. fraudati cēsus: ꝛ lese maiestatis. Interrogari tamē in facto suo possūt: vt in dicto. §. itē serui. Quidā aūt dicūt alios casus duos. s. cū vir vxorem dr̄ occidisse ꝓm legem vlt. de siccarys. ꝛ cuꝫ agitur de occiso dn̄o. In his vero que pertinēt ad aliū q̄ꝫ ad eius dn̄m admittit̄ seru⁹ in defectū testiū: vt in dicto vs̄. itē serui. Sex⁹ qꝛ mulier non admittitur ad testimoniū cuꝫ agitur de crimine criminaliter. Admittit̄ tn̄ cū agitur de crimine ciuilr̄ etiā cōtra cl̄icos. ex̄. e. qm̄. Et in crimine excepto: vt in simo. ex̄ de simo. tanta. Et in cā inquisitionis ꝛ denūciationis ꝛ exceptiōis. ex̄. e. tā lr̄is. ꝛ. c. sup eo. Et in cā ciuili p̄terq̄ꝫ in testamētis. 4ª. q. 2ª. §. si testes. Et in cā matrimoniali: vt. n. c. tā lr̄is. ꝛ extra de ver. signi. forus. in glo. Etas quia masculus minor. i4. ānoruꝫ. ꝛ femina minor i2. annorꝫ: non admittitur i ciuilibus. 4ª q. 3ª. c. i. In criminalibus autē minor. 20. annorum 4ª. q. 3ª. §. item in criminali. in ver. item testium. Potest tamen pubes. i4. annorum testificari in criminibus exceptis: vt in nece domini occisi: ꝛ lese maiestatis. ff. ad Sil̄. l. 2ª. ꝛ 4ª q. 3ª. c. primo. in glo. Sed ꝛ pubes testificari potest de his que vidit in etate pupillari: ꝛ maxime de his que vidit cum erat proxim⁹ pubertati. ff. e. l. i. Discretio. qꝛ ꝛ furiosus ꝛ mente captus repellitur sicut ab officio iudicandi. 3ª. q. 7ª. §. tria Fama extra. e. de testi. testimonium. Nō. secundum Abbatē ꝙ i cā criminali repellitur quis propter infamiāꝫ iuris: vel facti. In ciuili vero nō repellit̄ ꝓpter infamiam facti. vt in. c. testimonium. Quid si produxi contra te testē infameꝫ: ꝛ eundem

postea producis contra me: Nūquid eum repellere possum? R° q non. s. ratione eorum q̄ prius commisit q̄ producerē eum: sed ratiōe postea commissorū fm Guil. durandi. Fortuna. q2 pauper repellitur qui de facili cā lucri mentitur. 4ª. q. 3ª. itē in criminali. vẽ. testes Scd̄m tamen Jo. si caret suspitione: bene admittitur. Insti. de suspec. tu. §. vl. Fides. qa infidelis non admittitur contra fidelem. extra de here. c. i. Licet autem predicta. 7. potissime sint in testibus consideranda: sunt tamen consideranda 7 alia. s. 8° si sit inimicus. qa talis repellitur a denuntiatione 7 accusatione 7 testimonio. extra de accu. cum oporteat. Et ab inquisitione. q2 inimicus non potest esse inquisitor ibidem. c. ad petitionē. Et a iudicio. extra de resti. spo. item cum quis. Relinquitur autem arbitrio iudicis que inimicitie a predictis repellant. ff. de questionibus. l. i. §. questiōi. Et quidem secundum Guil. etiam leues inimicitie a predictis repellunt preterq̄ a testimonio: q2 testem non omnino repellunt: sed debilitant. in auc̄. de testi. §. si vero. coll. 7ª. 9°. nullus admittitur in causa de re propria. 4ª. q. 3. §. item in criminali. Nō secundū gof. Nullus admittitur in cā sua principaliter vel secūdario. C. e. l. omnibus. Unde venditor in causa rei vendite nō admittitur pro emptore. q2 propria venditoris causa videtur. neq3 debitō in causa pignoris pro creditore. ff. de appel. l. ab executore. Fallit hoc in legatarijs 7 cōmissarijs qui ferunt testimonium in causa testamenti: cum agitur de hereditate: non de legatis 7 fideicōmissis. Fallit etiā hoc in collegijs 7 corregularibus. Monachi enim 7 clerici in causis monasterij sui 7 ecclesie sue possunt testificari: ita tamen q statuant vnum vel duos procuratores ad agendu3 7 respondendū. Et illi duo non possunt esse testes in causa illa: s3 alij possunt. extra. e. insuper. Similiter prelat9 potest esse testis: ita tamen q ponat aliu3 procuratorem. q2 non potest esse simul actor 7 testis secundu3. hosti. Similiter Yconomo: vel vicedn̄o agente pro rebus ecclesie. potest ep̄s testis esse. Hec hosti. extra. e. insuper. Inno. vero cotradicit. 10. obscuri 7 ignoti. Tales enim non admittuntur nisi cum tormentis. in auc̄. e. l. sancim9. scd̄m gof. 11°. executores negociorū: ut procuratores: curatores: tutores 7 sindici nō admittuntur in causa in qua sunt executores. extra. e. insuper. 12°. socij criminis. extra. e. veniens. Sed intellige q socij criminis 7 muneris non admittuntur ad testificandum: sed ad accusandum sic. Socij vero criminis non muneris admittuntur ad vtrūq3 n criminibus exceptis: 7 ad detegendam conspirationem. extra de testi. co. c. vlt. 13°. non admittitur quis in causa cōmuni: q2 causa cōmunis duorū est vtrinsq3. ff. de ritu nup. l. illō.

omnibus que nō sunt ɔtra animā suā ꝛ regulam: certū ē ꝙ isti in hoc casu obedire debent. Illi etiā in quoꝝ regula nō ē expressum: ꝙ sic in omnibus obediāt: expressum tn̄ ē ꝙ voluntatē ꝓpriā simpliciter abrenūciēt: puto etiā ꝙ ī hoc cāu obedire debēt. Naꝫ sic obedire ē ſm deū: nec ɔtra votū ē: sed ſm votū iposum. Est etiā ſm euangelij intentionē. Primū. s. ꝙ sit ſm deū: patet. Dicit eni. Bern. li. de dis. ꝛ precepto caº. 8. Eadem cura obediēdum est deo ꝛ dei vicario. Et idem caº. 9. Prelatum quem pro deo habemus: in omnibus que non sunt aperte cōtra deum audire debemꝰ. 2m. s. ꝙ sit ſm ipoꝝ votū patet per Bern. liº. de dis. ꝛ ꝑcepto caº. 5. Regularis iquit professio qua se minoꝛ sponte subdit maioꝛi eque alligat ꝛ ꝑdictos. Cōmunis equidē pacti reoꝛ vtrūqꝫ pari necessitate teneri: vnū fidelis cure: alteꝝ fidelis obedientie. Cura aūt nō tm̄ est ad curandū: sed etiā ad preseruandū a peccato ꝛ casu. Et hoc nō potest fieri nisi peccatū correctū ex quo ē pronitas derelicta cognoscat: nec cognoscere potest nisi per te qui solus nosti. Ergo teneris dicere ad bonū fratris tui: ꝛ proptē officiū prelati qđ debet exequi ꝛ etiā propter bonū obedientie ex pte tui. 3m. s. ꝙ sit ſm intentionē euāgelij patet. Nam dn̄s Math. 18. c. dans preceptū de fratris correptione: nō solum intendit peccatum cōmissum corrigere: sed etiā correcto de residuo cauere: vl'a peccato imposterū ꝓseruare. Erat enim medicus Marci. 9. Et Math. 4. Non ē opus valentibus medicus. Prelati ꝛ etiā eoꝝ vicarij sunt medici. Intentio ergo eius ē: ꝙ nō solū peccatum quasi morbum curent: sed etiam vlteriꝰ morbum caueant in subditis ꝛ preseruent.

Sed obijcitur: quia Bern. li. de dis. ꝛ precepto dicit ꝙ is qui profitet̄ spondet obediētiam nō tamen omnimodā: sed determinate ſm regulā. Nulla autē regula dicit ꝙ peccatū correctum sit prelato precipienti reuelandū. Ergo nemo ī hoc obedire tenetur. Rn̄deo Licet regula nulla hoc dicat explicite: dicit tamen implicite. tum quia dicit prelato voluntatem propriam esse renūciandam. tum quia vt dicit Bern. non tantū obediendū est in eo quod est in regula expressum: sed etiam in eo quod est in ea implicitum.

De offensione ꝛ scandalo. ti. 68.

Einde ɔsiderandum est de offensione et scādalo q̄ opponunt̄ beneficentie ꝛ correptioni fraterne.

Et primo quid est scandalū. 2º vtrum scandalum sit peccatum: ꝛ quale peccatum sit. 3º vtrū sit in viris ꝑfectis. 4º qđ sit omittendum vel faciendum propter scandalum vitandum. Circa primū sciendum ꝙ scandalū est dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionē ruine. Et hec đscriptio magis elicitur ex verbis Hiero. exponētis illud Math. 15. scis q2 pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. ꝛc. Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ sicut dicit Hiero. ibidē: ꝙ grece scandalon dicitur nos offensionem vel ruinam vel impactionē possumus dicere. Cōtingit enim quandoqꝫ: ꝙ aliquid exponit̄ alicui in via corporali: cui impingēs disponitur ad ruinam. Et talis obex dicitur scandalum Et similiter in processu vie spūalis cōtingit aliquē disponi ad ruinam spūalē ꝑ defectum vel factum alterius: inquātū. s. aliquis sua admonitione vel inductione: aut exēplo alterū trahit ad peccatum. Et hoc proprie dicit̄ scandalum. Nihil autem ſm ꝓpriam rōem disponit ad spiritualē ruinā nisi qđ habet aliquem defectum rectitudinis: q2 illud qđ ē perfecte rectum: magis munit hominē cōtra casuꝫ q̄ꝫ ad casum vel ruinā inducat. Et ideo cōueniēter dicitur ꝙ dictum vel factū minus rectum prebens occasionē ruine sit scandalū. Nota ꝙ minus rectū hic nō dicit̄ qđ ab aliq̄ alio superatur in rectitudine: sed quod habet aliquem rectitudinis defectum vel q2 ē ſcđm se malum: sicut peccata. vel quia habet speciē mali: sicut cum aliquis recumbit in idolo Quāuis. n. hoc ſm se nō sit peccatū si aliquis hoc nō faciat corrupta intentione: q2 tn̄ habꝫ quandam speciē vel similitudinē veneratiōis idoli pōt alteri ꝑbere occasionē ruine. Et iō Aplus monet. i. ad Thess. 5. Ab omni specie mali abstinete vos. Et iō cōuenient̄ dicit̄. minus rectū vt cōphendant̄ tā illa q̄ ſm se sunt pctā: q̄ꝫ illa q̄ habēt spēm mali. Nō etiā ꝙ q2 nihil pōt hoi eē sufficiēs cā peccati qđ ē spiritualis ruina: nisi ꝓpria volūtas: iō dcā ꝛ facta alteriꝰ hoīs pn̄t solū eē cā ipfecta aliq̄liter inducēs ad ruinā. Et ꝓpter hoc nō dr̄ dās cāꝫ ruine: ſꝫ dans occasionem ruine: qđ significat cām imperfectam. Nota insuper: ꝙ dictuꝫ vel factū alteriꝰ pōt eē cā peccādi alteri dupliciter. Uno mō ꝑ se. Alio mō ꝑ accidens. Per se quidē qn̄ aliqs suo malo verbo vel facto itēdit aliū ad pctm̄ iducere: vel etiā si ipe nō intēdat hoc ipm̄ tn̄ factū ē tale qđ de sui ratione habet vt sit inductiuū ad peccādū. puta qn̄ aliquis publice facit pctm̄: vl' qđ hꝫ similitudinē peccati. Et tunc ille qui huiusmodi actū fac

ꝓprie dat occasionē ruine. Unde vocat̄ scan/dalū actiuū. Per accidēs autem verbū vel fa/ctū vni⁹ ē ꝛ alteri causa peccandi quādo ꝑter intentionē operantis: ꝛ ꝑter cōditionē opis aliquis male dispositus ex huiusmodi opere ī ducitur ad peccandum. puta cum aliqs inui det bonis aliorum. Et tunc ille qui facit hu/iusmodi actum rectum non dat occasionem quantum in se est: sed alius sumit occasioneꝫ ſm illud Ro. 7. Occasione autē accepta. ꝛc. Et ideo hoc est scādalū passiuum sine actiuo quia ille qui recte agit quantum est de se: nō dat occasionē ruine: quā alter patitur. Quan doqꝫ vero contingit ꝙ etiā sit simul scandalū actiuum in primo ꝛ passiuum in altero: puta cum ad iductionem vnius alius peccat Quā doqꝫ vero ē scādalū actiuū sine passiuo: puta cum aliquis inducit verbo vel facto alium ad peccandum ꝛ ille non consentit. Hec tho. 2ª 2ᵉ. q. 43. ar. 1. o. Et cōuenit cum eo Richar. 4. di. 38. q. 10. ar. 1. c. ꝛ Alex. 2. t. 2. c. d scanda/lo. ar. 1. o.

Sequitur videre de 2° Et circa hꝫ que runtur plura scꝫ Utrum scandalum sit peccatū? Rn̄deo Sicut iam. s̄. di ctum est duplex est scandalum. scilicet passi/uum in eo qui scandalizatur: ꝛ actiuum ī eo qui scandalizat dans occasionem ruine. Scā dalum autem passiuum est semper peccatum in eo qui scandalizatur. Non eni scandalizat̄ nisi inquātū ruit aliqualiter spirituali ruina que ē peccatum. Potest tamen scandalū pas/siuum esse sine peccato eius ex cuius facto ali quis scandalizat̄: ut cū quis scādalizat̄ de his que alius bene facit. Similiter etiā scandalū actiuum semper est peccatum in eo qui scan/dalizat: quia vel ipsum opus qd̄ facit est pecca tum: vl' etiam si habeat speciem peccati dimit tendū est semper propter ꝓximi charitatē: qꝛ tenetur vnusquisqꝫ saluti proximi ꝓuidere: et sic qui nō dimittit: cōtra charitatē agit. Pōt tamē scandalū actiuū eē sine peccato alteri⁹ sicut. s̄. dictum ē. Sed obijcitur: qꝛ pecca/ta nō eueniūt ex necessitate. Omne eni pecca/tū est voluntariū: vt s̄. habitū ē Sed Math. 18. dicit̄. Necesse est ut veniāt scandala. Ergo scādalum non est peccatum. Rn̄deo ꝙ hꝫ qd̄ dicit̄. Necesse ē vt veniāt scādala: nō ē intelli/gendum de necessitate absoluta: sed conditio nali: quā scilicet necesse est prescita vel ꝓnūci/ata a deo euenire. Si tamen coniunctim acci piatur: vel necesse est euenire scandala neces/sitate finis: qꝛ vtilia sunt ad hoc: ꝙ qui proba ti sunt manifesti fiant. Vel necesse ē euenire scandala ſm cōditionem hominum: qui sibi a peccatis nō cauēt: sicut si aliquis medicus videns aliquos indebita dieta vtentes dicat: necesse est tales infirmari. Quod intelligen/dū ē sub hac cōditiōe scilicet si dietam nō mu tēt. Et similiter necesse ē euenire scandala si hoīes cōuersationē malā nō dimittant. Hec Tho. 2ª 2ᵉ. q. 43. arti. 2. o. Et conuenit cū eo Richar. 4. di. 38. q. 10. ar. 1. c. 4ᵐ. ꝛ Alex. an. 2. t. 2. ca°. de scandalo. arti. 2. o. Est etiam necessariū in vniuersali non in particulari. Scandalū enim non semper est mortale: sed quandoqꝫ est veniale: ut dicetur. ī. Unde etiā ruina in diffinitiōe scandali sumitur large. s. pro ruina vel dispositione ad ruinam. Unde etiam in greco scandalon nō tantum signifi/cat ruinam: sed etiam impactionem pedis q̄ est dispositio ad ruinam: licet non necessaria. Non enī oīs qui pedibus impingit ruit. Hec Richar. vbi. s̄. Utrum scandalū sit specia/le peccatum. Rn̄deo Ut supra dictum est du plex est scandalū actiuum ꝛ passiuum. Passi/uum autem scandalum non potest esse speci/ale peccatum: qꝛ ex dicto vel facto alicuius ali quē ruere ɔtingit ſm quodcūqꝫ gen⁹ peccati Nec hoc ipm quod est occasionem sumere peccandi ex dicto vel facto alterius specialem rationem peccati constituit: quia non impoꝛ tat specialem deformitatem speciali virtuti oppositam. Scandalum autem actiuū potest accipi dupliciter. ꝑ se scilicet ꝛ per accidens. Et quid sit vtrūqꝫ: dictū ē. s̄. Scandalū autē actiuum per accidēs nō ē peccatū speciale: qꝛ qd̄ ē ꝑ accidēs nō cōstituit speciē. Scādalum autē actiuum per se est speciale peccatū. pro/pter hoc ꝙ intēdit̄ speciale proximi nocumē/tum. Et opponitur directe correctioni frater/ne: in qua intenditur spiritualis nocumēti re motio Nā ex intentione specialis finis sortit̄ peccatum rōem specialis peccati: quia finis dat speciem in moralibus: vt habitum est. s̄. Hec Tho. 2ª 2ᵉ. q. 43. ar. 3. o. Utrū scāda/lum sit mortale peccatum? Rn̄deo Sicut suꝑ dictum est: scandalum importat impactionē quandam per quā aliquis disponitur ad rui/nam. Et ideo scandalum passiuum pōt qn̄qꝫ esse peccatum veniale: quasi habens impacti onem tantū: puta cum aliquis ex inordinato dicto vl' facto alterius commouetur motu ve nialis peccati. Quādoqꝫ vero ē peccatū mor/tale: quasi habēs cū impactione ruinam: pu/ta cū aliqs ex inordinato dicto vel facto alte/rius procedit vsqꝫ ad peccatū mortale. Scan dalū aūt actiuū si sit ꝑ accidens pōt eē quan/doqꝫ peccatū veniale: puta cū aliqs vel actuꝫ venialis peccati ɔmittit: vl' actū q̄ non ē ſm se

peccatū: ꝗ habet spēm mali cū aliqua leui idu ctione. Quādoqꝫ vero est peccatum mortale: siue qꝛ cōmittit actum peccati mortalis: siue quia cōtēnit salutē proximi: vt pro ea seruā da non ꝑtermittat aliquis facere quod sibi libuerit. Si vero scandalum actiuum sit ꝑ se puta cum intendit alium inducere ad peccā dum. Si quidem intendat inducere ad pec candum mortaliter: est peccatuꝫ mortale: Et similiter si intendat inducere ad peccandum venialiter ꝑ actum peccati mortalis. Si vero intendat inducere proximum ad peccanduꝫ venialiter ꝑ actū peccati venialis est peccatuꝫ veniale. Hec Tho. vbi. s. arti. 4. o. Et conue nit cū eo Alex. z. t. z. caº de scandalo. ar. 3. o. ⁊ Richar. 4. di. 38. q. io. ar. i. c. 4m.

Sequitur videre de 3º. Et circa hoc q̄ runtur plura. scꝫ Utrum scandalum passiuum possit in perfectis cadere. Rn̄deo ꝙ scandalū passiuum importat quā dam cōmotionē animi a bono in eo qui scā dalum patitur. Nullus autē cōmouetur qui rei imobili firmiter inheret. Maiores autem siue perfecti soli deo inherent: cuius nō ē mu tabilis bonitas: qꝛ ⁊ si suis ꝑlatis inhereant nō tamē inherēt eis nisi inquātū illi īherent Christo ſm illud. i. Cor. 4. Imitatores mei estote sicut ⁊ ego. Christi. Un̄ quātumcunqꝫ videant alios inordinate se habere ī dictis vł factis: ipi a sua rectitudine non recedūt: ſm illud psal. Qui cōfidūt in dn̄o sicut mōs syon nō cōmouebit ineternū: qui habitat in hieru salē. Et ideo in his qui perfecte deo adherēt ꝑ amorē scandalum non inuenitur. ſm illud psal. Pax multa diligentibꝰ legē tuā: ⁊ nō est illis scandalum. Unde Hierony. super illud Math. i8. qui scandali. vnuꝫ de pusillis istis. dic. Nota. Qui scandalizatur ꝑuulus ē Ma iores enī scādalū nō recipiunt. Hec Tho. zª zᵉ q. 43. arti. 5. c. Utrū scandalū actiuum possit inueniri ī viris ꝑfectis: Rꝰ ꝙ scandalū actiuū proprie est cū aliquis dicit vel facit qđ de se aptū natū ē inducere ad ruinā: qđ quidē ē solū illud qđ inordinate fit vel dicit. Ad per fectos aūt ꝑtinet: ea que agūt: ſm regulā rati onis ordinare ſm illud. i. Cor. i4. Oīa hone ste ⁊ ſm ordinē fiāt in vobis. Et ꝑcipue hāc cautelā adhibēt in his ī quibus nō solum ipi offenderent: sed etiā alijs offensionē pararēt Et si quidē in eorum manifestis dictis vel fa ctis aliqđ ab hoc moderamine desit: hoc pro uenit ex infirmitate humana ſm quā a perfe ctione deficiunt: non tamē intantū vt multū ab ordine rationis recedatur: sed modicum ⁊ leniter: quod nō est tam magnum vt ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi peccādi oc casio. Sed obijcitur: qꝛ passio est effectus actionis: sed ex dictis vel factis ꝑfectorum ali qui passiue scandalizantur. ſm illud Math. i5. Scis ꝙ pharisei audito hoc verbo scādali zati sunt. Ergo in perfectis viris pōt inueniri scandalum actiuū. Rn̄deo ꝙ scandalū passi uum semper causat̄ ab aliquo scandalo acti uo sed non semper ab aliquo actiuo alterius sed eiusdē qui scandalizatur: qꝛ. s. seipm scan dalizat. Hec Tho. zª. zᵉ q. 43 ar. 6. o.

Sequitur videre de 4º. Et circa hoc querunt̄ plura. scꝫ Utrū bona spūa lia sint ꝑpter scādalum dimittenda. Rn̄deo: ꝙ cū duplex sit scandalum: actiuū. s. ⁊ passiuum: questio ista nō habet locū de scan dalo actiuo: qꝛ cū scādalū actiuum sit dictum vel factū minus rectū: nihil est cum scandalo actiuo faciendū. Habet autē locū questio si intelligatur de scandalo passiuo. s. sub h sen su vtrū aliquis teneatur dimittere bonū opꝰ ne scandalizetur ꝓximus. Considerandum ē igitur quid sit dimittendum ne alius scanda lizetur. Est aūt de spiritualibꝰ bonis distiguē dū: Nā quedam hoꝝ sunt de necessitate salu tis: q̄ ꝑtermitti nō possunt sine peccato mor tali. Manifestū est autē: ꝙ nullus debet mor taliter peccare vt alterius peccatum impedi at: qꝛ ſm ordinē charitatis plus debet homo suam salutē spiritualē diligere q̄ꝫ alterius Et ideo ea que sunt de necessitate salutis preter mitti non debent propter scandalū vitandū. In his autē spiritualibꝰ bonis que non sunt de necessitate salutis videtur distinguendum quia scandalū qđ ex eis orit̄ quādoqꝫ ex ma licia procedit: cū scilicet aliqui volūt ipedire huiusmodi spiritualia bona scādala concitā do. Et hoc ē scandalum phariseoꝝ: qui de do ctrina domini scandalizabant̄. Quod ē con temnendū: vt docet dominus Math. z5. Si nite eos ceci sunt inquit ⁊ duces cecoꝝ. Quā doqꝫ vero scādalū procedit ex infirmitate vel ignorantia. De quo dominus đ querentibus didragma ait: Petro. Ut autē non scandalize mus eos vade ad mare. ⁊c̄. Et huiusmōi scā dalum ē pusillorum. Propter quod sunt spi ritualia opera vel occultanda: vel etiam inter dum differenda vbi periculū imminet q̄usqꝫ reddita ratione huiusmodi scādalum cesset Si autem post rationem redditam scandalū duret videt̄ iam ex malicia esse: ⁊ si ꝑpter ipm nō sunt huiusmodi spiritualia opa dimitten da. Hec Tho. zª. zᵉ questione. 43. arti. 7. c. et conuenit cū eo Richar. Utrum opus iusti cie sit aliquādo propter scādalū dimittendū.

Respondeo. Duplex est opus iusticie scilicet vnicuiqȝ quod suū est reddere ⁊ penā infligere. Primū nūq̄ ē propter scandalū dimittendum: maxime quātū est de volūtate ſm illud extra de reg. iuris qui scandalizauerit. Utilius scandalū nasci permittitur q̄ veritas relinquatur. 2m vero scȝ statutas penas infligere potest aliquādo suspendi ꝓpter picula que inde possunt euenire: ⁊ maxime quādo pnceps vel multitudo ē in scelere: ⁊ timet̄ si pena infligat̄ inde scisma vel aliđ magnū malū euenire: ſm qđ Aug. li. ꝯtra epistolam Parmenianī docet q2 tūc pene inflictio nō ptinet ad veritatē iusticie. Distinguitur tamen vlterius. q2 si tales peccatū quod faciunt quadā auctoritate defendant ad modū hereticorum quasi non sit peccatū: tunc contra tales dormire non debet seueritas discipline: quin excōicentur. Nam ⁊ tales heretici possunt dici. de peni. dis. 6. c. i. in fi. ⁊ dis. 40. dño sancto. ⁊ dis. 82. plurimos Si vero nō defendāt peccatum suū ⁊ timeatur scisma vel aliud magnū malū: dissimulari pōt ⁊ debet: q2 ut dicit Augu. ad Bonifaciū. Ubi multorum strages latet detrahendū ē aliqd seueritati ut maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. dis. 40. vt cōstitueret̄ Fiant tamē cōminationes de scripturis ⁊ interim alliciātur caute eorū discretiores: quorum auctoritate cetera multitudo frāgatur. dis. 44. ostentationes. Hec Alex. an. 2. t. 2. c de scādalo. ar. 6. q. 9. c. Et cōuenit cū eo Ray.

Utrū doctrina sit dimittenda ꝓpter scādalum. Rñdeo q̄ circa doctrinā duo sunt consideranda scȝ veritas que docetur: ⁊ ipse actus docendi. Quorū primū est de necessitate salutis: vt scȝ cōtrarium veritati nō doceat: sed veritatē ſm cōgruentiā tēporis ⁊ personarum proponat ille cui officiū incūbit docēdi. Et ideo ꝓpter nullū scandalū quod sequi videat̄: debet hō ptermissa veritate falsitatē docere. Sȝ ipse actus docendi inter spirituales elemosynas ꝯputat̄. Et iō eadē ratio est de doctrina ⁊ de alijs misericordie opib9 de quib9 aget̄. i. li°. 5. Ad hoc nota regulā Hierony. scȝ q̄ dimittendū ē propter scandalū omne qđ potest ptermitti: salua triplici veritate: scȝ vite. iusticie: ⁊ doctrine. Uñ extra de reg. iuris. qui scādalizauerit: dicit̄. Utilius scādalū nasci pmittitur q̄ veritas relinquatur. s. vite: iusticie: et doctrina. Unde versus. Scādala pro vita doctrina iusticiaqȝ. Tu nō effugies: sunt i reliqs fugienda. Uel sic. Scādala non vitent. iudex doctor bene viuens. Sunt alij duo versus qui vident̄ contrarij pmissis. s. isti. Est veritas vite doctrine iusticieqȝ. Primū semꝑ habe: duo ꝓpter scandala linque. Nō sunt tamē eis contrarij: si bene intelligant̄: vt patet ex supdictis ⁊ ī. dicendis. Distinguit̄ aūt ſm Alex. an. 2. t. 2. c°. de scandalo. ar. 6. q. i. scȝ q̄ veritas vite ptinet ad oēs ⁊ cōphendit oīa precepta ⁊ cōsilia. Veritas iusticie ad plātos: ⁊ cōprehēdit seueritatē in puniendo reos: ⁊ liberalitatem in sustinendo miseros. Veritas doctrine ad pdicatores ⁊ magistros. Nota etiā ſm Tho. 2a 2e. q. 43. ar. 7. c. 4m. q̄ sub ista triplici veritate. nō tm̄ cōphendit̄ illud qđ est de necessitate salutis: sed etiā illud q̄ peruenit̄ perfectius ad salutē: ſm illud. i. Cor. i2. Emulamini carismata meliora. Uñ etiam cōsilia nō sūt simpliciť ptermittēda: neqȝ etiā misericordie opa ꝓpter scādala sed sunt interdū occultanda: vel differenda ꝓpter scandalū pusillorum vt dictū ē. Quandoqȝ tamē cōsiliorum obseruatio ⁊ impletio operū misericordie sunt de necessitate: qđ patet in his qui iā vouerūt consilia: ⁊ in his quibus ex debito īminet defectib9 aliorum subuenire: vel in temporalibus: puta pascendo esurientē. vel in spiritualibus: puta docendo ignorantē: siue hi9 fiant debita propter iniunctum officium: ut patet in prelatis: siue proter necessitatē indigentis. Et tunc eadem est rō de huiusmodi sicut de alijs: que sunt de necessitate salutis. Hec Tho. 2a. 2e. q. 43. ar. 7. c. 4m. Et conuenit cū eo Rich. 4. dis. 38. q. io. ar. 2. c. Sed nūquid intermittens ad tēpus bonum supererogationis propter vitandum scandalum proueniēs ex infirmitate vł ignorantia preiudicat merito suo: Rñdeo ſȝ Rich. vbi. s. q̄ non: quia talis intermissio meretur premium equale premio debito operi supererogationis qđ omittit vel mai9: q2 nihil de perfectione charitatis diminuit: sed magis ad augmentū disponit. Quid de operibus que sunt indifferentia ex genere: cuiusmodi sunt carnes edere: vinum bibere: temporalia licite acquirere ⁊ huiusmodi: Respōdeo ſm Rich. ibidē. Talia opera quorū omissio nulli preiudicat nec operanti debent omitti propter vitandum scandalum proximi proueniens ex infirmitate vel ignorantia: quādo probabiliter apparet q̄ proximus scandalizabitur inde. Et si sit probabile q̄ scandalizetur mortaliter omissio est sub precepto. Si autem sit probabile q̄ non scandalizetur nisi venialiter omissio est sub consilio. Postq̄ autem est proximo ostensum ⁊ debito modo suasum: q̄ ex tali opere non debet scandalizari: non tenetur homo illud omittere: quia si postea scādalizetur hoc erit ex malicia eius. Pone: q̄ aliquis habeat puram conscientiam.

apud deum: multi tamen male suspicant de eo & sic scandalizant. Quid aget. Rndeo Per hoc qd dicit Augu. & habetur. ii. q. 3. non sunt audiendi nobis e necessaria vita nostra. alijs fama nostra. Et ideo quatu est in se debet illis satisfacere sua bonam intentionem ostende do: & speciem mali & occasione scandali sm q pot remouendo. Si aute nolunt satisfactionem recipere de peccato illoru debet dolere: & tunc sufficit ei bona conscietia: q ia apparet q scandalum eo e ex malicia. Utru liceat peccare venialiter ne alius peccet mortalit Rndeo. Quida dixeru q peccatu veniale est comittendu pter vitandu scandalu: sed hoc implicat cotraria. Si eni faciendu est: ia non est malum neq peccatum. Nam peccatu non potest esse eligibile. Contingit tame aliquid propter aliqua circustantiam non esse peccatum veniale: qd illa circustantia sublata esset veniale peccatum: sicut verbum iocosum e veniale peccatum quando absq vtilitate dicit Si autem ex causa rationabili proferatur: no est ociosum: neq peccatu. Quauis autem per peccatum veniale gratia non tollatur: p qua est hominis salus: inquantum tamen veniale disponit ad mortale vergit in detrimetum salutis. Hec Tho. 2a 2e. q. 43. ar. 7. c. 5m. Utr temporalia sint dimittenda propter scandalum. Respondeo Circa bona teporalia est distinguendum. Aut eni sunt nostra: aut sunt nobis ad conseruandum comissa: sicut bona ecclesie comittuntur prelatis: & bona comunia quibuscuq rei publice rectoribus. Et talium conseruatio sicut & dispensatio iminet his quibus sunt commissa ex necessitate. Et ideo no sunt propter scadalu dimitteda sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. Temporalia vero quo nos sumus dni dimittere: ea tribuendo si penes nos ea habeamus: vel non repetendo si apud alios sint propter scadalu quadoq quide debemus: qnq aut non. Si eni scandalum ex hoc oriatur pter ignorantiam vel infirmitatem aliorum: qd. s. diximus esse scandalum pusillou: tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia: vel aliter sca dalum sedandum. s. per aliqua admonitione Unde dicit Augu. in li. de sermone dni i mote. Dandum est qd nec tibi nec alteri noceat quantum ab homine credi potest. Et cu negaueris qd petit idicada est ei iusticia. Et melius quid dabis cu petente iniuste correxeris Aliquando vero scandalum nascitur ex malicia quod est scandalum pharisеorum Et propter eos qui sic scandala concitant: non sunt tpalia dimittenda: q h etia noceret bono coi

Daretur eni malis rapiendi occasio: & noceret ipis rapientibus qui retinendo aliena in peccato remanerent. Unde dicit Gregi in mora. Quidam cum nobis rapiut temporalia solumodo sunt tolerandi: quida vero seruata charitate prohibendi non sola cura: ne nostra subtrahantur: sed ne rapientes non sua semetipos perdant. Sed obijcit: q temporalia nulla couenientiori mo conseruare aut recuperare possumus q per iudicium. S iudicio vti no licet & precipue cu scandalo. Dicitur. n. Math. 5° Ei qui vult tecum in iudidicio contendere: & tunicam tuam tollere dimitte ei & pallium. Ergo &c. Respodeo s Augu. li. de sermone dni in monte. Illud preceptu domini intelligendum est de pparatione animi: vt sc homo sit paratus prius pati iniuria vel fraudem q iudicium si hoc expediat. Qnq tame non expedit: ut dictum est.

Item obijcitur: quia Apls seminans spiritualia non accepit stipendia temporalia ne offendiculum daret euangelio Christi. vt p i. Cor. 9. Et ex simili ca ecclesia in aliquibus terris no exigit decimas ad vitandu scandalum. Ergo multo magis alia temporalia sut pter scandalu dimittenda. Respondeo q scandalum quod vitabat Apls ex ignorantia procedebat gentilium: qui hoc non consueuerant. Et ideo ad tempus abstinendum erat vt prius instruere hoc esse debitum. Et ex simili causa ecclesia abstinet a decimis exigendis in terris in quibus non est cosuetum decimas soluere. Hec Tho. 2a 2e. q. 43. ar. 8. o. Et couenit cum eo Rich. 4. di 38. q. 10. ar. 2. o.

Quid si quis petat a me rem mea: nuquid teneor sibi ca dare si scia eu scadalizari nisi dem illam sibi. Rndet Alex. an. 2. t. 2. c. de scadalo arti. 7. o. q respondent quida q re dare oporet in casu no semper. Aut eni petit irronabiliter vel ronabiliter. Si primo modo no teneor duplici de causa. Primo pter bonum publicu ad qd pertinet vt dnium re sine roe no transferatur. 2° ut petentiu temeritas refrenetur. Si vero 2° modo vt cu paup petit vestem. Et tunc aut e magis necessaria mihi q illi. Et tunc etia no teneor. tum propter seruadum charitatis ordinem. tum propter reprimedam petentium temeritate. Aut e magis necessaria illi q mihi. Aut superflua mihi: necessaria autem illi. Et siue sic siue sic. Aut ppono rem illam alij dare: quem scio magis indigere. Aut eam reseruo ad tempus in quo multos credo probabiliter indigere. Et in vtroq casu non teneor. tum ut petetium temeritas reprimatur. tum vt bonum publicu

pseruet ad qd ptinet: vt quilibet sua dispéset put melius pot. Aut nō ppono eā alteri dare Et tunc teneor sibi dare: si probabilit credaʒ q scādalizet nisi dedero sibi. De hac materia vide.s.li°.i.ti.44.ar.5.qui ē de pcepto patiē tie respectu oblationis rerum.

De perplexitatibus cōsciētie.ti.69.

Ostea quia rōe

scādali pplexitas sepe orit i cōscia dū timet ex pte vna primi scādalū ꝛ ex pte alia casus i pctm: puenienter p⁹ titulū de scādalo subdit hic titulus de pplexitatib⁹ pscie. Ubi prio videndū ē d mul tiplici pplexitate. 2° vtr sit ponere pplexitatē put ē ineuitabilitas peccādi. 3° de quibus dā casibus pplexis. Circa primū sciendū q sicut notauit Alex.an.2.t.2.c. de pplexitate pscia: ar.i.in pricipio triplex ē pplexitas Prima ē itelligētie verbor sacre scripture. 2ª ē cognitionis faciēdor. Et tā ista q̄ pma pot esse in hoib⁹ bonis. 3ª ē ieuitabilitas peccandi. Prima tollit p cōsideratione causarū dicēdi in diuersis locis sacre scripture: quia itelligentia dictor ex causis ē assumēda dicendi: vt dicit Hylarius. 2ª tollit p vnctionem spūs sancti q de oib⁹ docet. 3ª p depositioneʒ pscie erronee de qua ē ad presens intentio.

Jrca 2m sciendū fm eūdē Alex an.2 t.2.ca°. de pplexitate cōscie.ar .i.c. q duplex ē perplexitas: scʒ iuris ꝛ facti. Juris ē: qñ due auctoritates concurrūt circa aliquid faciendū cōtrarie fm apparentiam. Facti ē: vt cū qs sic errat: q si vnū peccatuʒ fugiat: aliud se ppetrare credat. Prima remoueri pot ab hoie: in quocunq sit statu. 2ª remoueri nō pot ab hoie manēte i tali statu: vt qñ aliquis ex peccato pprio ē pplexus. Talis eni dū i illo statu manet vitare nō pot qn peccet de nouo: scʒ vel primū scādalizando: vel 5 psciam faciendo: vt patebit.i.in quibusdam casibus. Qui tñ si de peccato peniteret: iā dubius sine pplexus nō eēt. De hac pplexitate Greg.sup illud Job.4° Nerui testiculorum leuiathan pplexi sunt. loquēs de suggestiōib⁹ diaboli dicit: q plures sic peccare fac: q si forte fugere peccatū appetāt hoc sine alio peccati laqueo nō euadant. Nota etiam q duplex ē necessitas peccandi: scʒ pnitas: ꝛ ieuitabilitas. De pria itelligit illud psal. Saluasti de necessitatibus aiam meā. Et illud qd dicit Aug.li°. de natura ꝛ gra: q necessitas peccandi nō ē ex conditione sed ex vitio nature. Audiat g hō: ac vt hec necessitas nō sit dicat deo. De necessitatib⁹ meis erue me. Hec Aug. Liberat eni de⁹ a pnitate ita q nō deducitur ad effectū. Si etiā a deo istāter peteret put deberet: in peccādi ineuitabilitatem non caderet. Aliqñ etiā non caderet si prius peniteret.

Jrca 3m querit de plurib⁹ casib⁹ Esto q aliquis sit promotus simoniace ad sacerdotiū: ꝛ ex officio teneatur personaliter celebrare: nūquid celebrabit. Si sic mortaliter peccat. Si non populū scādalizat. Rñdet ideʒ Alex .2..t.2.ca°. de pplexitate pscie.ar.2.casu.2.c. q si peccatuʒ talis sit occultū: suspensus ē ipo iure q̄ ad se tm. Et tūc si sit in officio celebrandi: cū dolore penitētia li pficiat missam. Sic eni vitat maius maluʒ Si vero nōdū sit i officio celebrādi dimittat illud officiuʒ propter quod tenetur personaliter celebrare ꝛ expectet dispensationis grām si possit eam obtinere. Si vero peccatum eius sit manifestum tunc dupliciter peccaret scilicet quo ad se ꝛ quo ad alios quos scandalizaret. Quid de illo qui vitam heremiticā gerit ex voto ꝛ vocatur ad ciuitateʒ ꝛ dicitur ei q multas animas potest lucrari suo consilio ꝛ exemplo. Respōdeo fm eundem Alex. ibidem casu.4°. Non debet ire quia contra votum ꝛ professionem sponte venire est manum ad aratrū mittere ꝛ retro aspicere. Nec prodest homini totum mūdum lucrari ꝛ anime sue detrimentum pati. Hoc dico: excepto casu: vbi fides periclitaretur ꝛ per euʒ releuari creditur: vel etiaʒ si per papam cogatur.

Quid de existenre i seculo habēte parētes paupes ac per hoc timente si relinquat seculū transgredi preceptū de parentibus honorandis: ꝛ ex alia parte vouit relinquere seculum. Quid talis agere debet. Respondet Alex. angli. vbi.s.casu.6°.in 2° vbi agitur de scandalo q talis ex quo vouit: iam de consilio factum est ei preceptum relinquere seculum.

Sed vlterius est distinguendum. quia aut vouit cum prefinitione temporis: aut nō. Si sic infra tempus illud prouideat parentibus fm q potest. Ultra enim illud non licet sibi differre sine dispensatione. Si nō: tenetur ad statim nisi aliqua conditio interueniat impeditiua. Et tunc etiam pendente illa conditione prouideat eis fʒ q potest: alias tenetur vel statim intrare: vel adminus accelerare quantum potest dictante conscientia ꝛ consilio salubri: aliter esset in periculo veritas vite. Si vero nō interuenit obligatio sed ē tm psilium in casu potest ꝛ debet differri. Preceptū enim pro tēpore pro quo ē preceptum ē iplēdū vñ

vtrūq3 ē iplendū ſm pri⁹ ꝛ poſteri⁹ nō ꝙ tráſ/grediat̄ ſi nō adipleat ꝯſiliū. Sed vnū ē iplē/dū: q2 preceptū. Aliud vero ē faciendū: ſi velit eſſe pfectus: ſm ꝙ dicit̄ i euāgelio. Nec credi tur ſemp eſſe differendū cōſilium propter cō/temptū: nec deperit eius vtilitati ſpirituali ſi nunc nō implet cōſilium: ſed ſi nō implet qñ ſpiritus qui oia ſcrutatur dictat eſſe implen/dum. Spiritus enim dei quātū eſt de ſe moue bit vt fiat eo modo quo meliori cōuenit. Hec Alex. vbi. ś. De hac materia vide. ś. li. i. ti. de 4° precepto. ar. 3. q. fi. Quid de illo qui ali cui iurauit: ꝙ ſecreta eius celabit ꝛ poſtea ille cui iurauit pcurat alicuius homicidiū: Quid ille aget. Rñdeo ſm Alex. an. z. t. z. ca° de p/plexitate cōſciētie. ar. z. circa opationes cor porales cāu. 4°. Monere debet eū in ſecreto fraterna correctione: prout dicitur Math. 18 Et ſi nolit ceſſare: dicere pōt i generali ei cu/ius homicidium procurat̄. Aliquis te vult in terficere. Ita ꝙ nō ꝯprehendat̄ ab aliqua cir cūſtantia quis ſit ille: vt habetur extra ð offi. ordi. ſi ſacerdos. Uel ſi ſit periculum dicere illi dicendum eſt alicui qui poteſt prodeſſe et non obeſſe in generali vt preſbytero ꝙ ꝑmo/neat eum dūmodo ſic dicat: ꝙ nullo mō per/ſonam illā cōprehendat. Et hoc modo ille nō eſt reus periurij: quia ſecretum illius nō indi cat. Eccl. 10. Denudare amici myſteria deſp/ratio ē anime infelicis. Nunquid pōt quis cōmittere veniale: vt alius vitet mortale. Re ſpondet Alex. an. vbi. ś. cāu. 7. ꝙ ſm quoſdā perfectus nō debet cōmittere veniale ut alius vitet mortale: ſed penam temporalem poteſt ſuſtinere. Imperfectus autem poteſt. Alij di cunt ꝙ etiam perfectus poteſt cōmittere veni ale: vt aliuſ vitat mortale: ſed quodāmodo ca dit a perfectione. Videt̄ autē ꝙ nulla ſit tē/tio ad peccatum veniale: ſed poteſt eē tentio ad ſaluandum alium a peccato mortali ꝛ ſi ñ pōt aliter ꝙ̄ per veniale. Sed obijcit̄ illud ad Ro. 9° Optabā fieri anathema pro fratri bus meis. i. p ſalute eoꝝ. Dicendū ꝙ anathe/ma ibi ſumit̄ p illa pena que etiā aliquando infligitur iniuſte. Et tunc nō ē ibi niſi tm̄ pe/na. Et talis pena ē ſuſtinenda p ſua ꝛ aliena ſalute ſpirituali. Scdm aūt ꝙ dicit penam iu ſte inflictā includit peccatum mortale ſi tota rō iuſticie aſſit. Et hoc modo Aplus nō opta bat. Multi alij caſus perplexi poſſent hic po ni quos omitto q2 eos alibi poſui i alijs locis

Explicit 2° liber huius ſumme de caſibus.

Iſti ſunt tituli tertij libri qui ē de ꝯtractib⁹ communibus.

in emptione bona fides. Puta credo me tibi debere.10.libras ex stipulatione: do tibi equũ alienũ quē possideo i solutõem p his.10.libris vtiq3 vsucapies hũc equũ.ff.e.l.i. Et sic iustus error dat titulũ vsucapionis. Sec⁹ ē de ēptione. Si eni ex cā emptionis putē me tibi teneri ad traditionē equi: ⁊ iõ trado: nõ h3 locu3 vsucapio p empto q2 ēptio nõ pcessit: neq3 p solutũ ex cā emptionis credat. Diuersitatis huius rõ ē: q2 i ceteris cãis tps solutionis ĩspicit. Nõ eni refert cũ stipulor: vtrũ illud qð stipulor sciē alienũ eē vel nõ: s3 sufficit q putē eē tuũ cũ solueris. In emptione aũt inspicit tps ɔtract⁹ ⁊ solutionis.ff.p emp.l.z.§.i.i fi. Secũdũ aũt q requirit ĩ pscriptiõe ē iust⁹ titul⁹ ex.e.si diligenti. Et dicit hic titul⁹ cã possidēdi: vt donatio emptio ⁊ hi⁹. Exigit aũt cã vera nõ legitia fm gof.q2 si legitia foret locũ pscriptio nõ hret: q2 eadē res ex duabus cãis acq̄ri nõ posset: ex ð fide instru.iter dilectos.§.ceter memorati in fi. Verbi grã. In donatiõe q̄ fit ab epo sine cõsensu capituli ver⁹ titul⁹ non tñ legitim⁹ nec sufficiēs pstat cãm possidendi ⁊ pscribendi. Et fm hoc intelligi põt illud.ex e.de quarta. Sic ⁊ titulus errone⁹ pstat cãm pscribendi.ff.pro suo.l.fi.fm gof. Vñ nõ req̄rit q sit iust⁹ titul⁹ talis qui tribuat dñium ex e.veniēs. Sed titulus aliq̄lis dat cãm prescribendi: ut ex.e.si diligenti.in glo.vbi dicit: q titulus p tanto dicit iustus: q2 dat cãm pscribēdi: licet i veritate nõ sit iustus: q2 tũc nõ esset pscriptio necessaria. Vñ minus iust⁹ titulus dat cãm pscribēdi: si assit bona fides.s.vt credat titulum sufficere. Sed nũqd necesse ē titulũ allegare ⁊ pbare? Rõ. Circa hoc fuerũt plures opi.sed tene qð notauerũt Ber.⁊ moderni in.c.si diligenti.quor opio approbat li.6.e.epm.vbi dicit: q i pscriptõe sufficit bona fides: vbi ius cõe vel psumptio nõ ē cõtra prescribentē. Als o3.i.necesse ē titulũ allegare ⁊ pbare nisi sit tãti tpis pscriptio: cuius ɔtrarij memoria nõ existat: vt ibidē. Et aduerte fm Io.an.ibidē: q aliud ē eē ɔtra ius cõe: ⁊ alið ɔtra ius priuatũ. Nõ.n.est ɔtra ius cõe q aliquis in fundo meo seruitutē acq̄rat: s3 potius ē pter ius cõe: est autē ɔtra ius meũ. Imputet g̃ mihi si negligēs fui: ex.e.vigilanti. Ubi g̃ petitor fundat intentionē suam super ius cõe: pscribēs habet titulum pbare aliter nõ nisi presumptio habeat ɔ eũ. Sed quõ pbabit pscriptio tãti tpis? Rõ fm Hosti. extra de.ð.sig. q p nouale probabit p testes qui dicũt se habere talē cõsciam q semp viderũt ⁊ audierunt ita esse: nec vnq̃ ɔtrariũ: ⁊ q cõis ē ⁊ semper fuit opio q sic fuerit. Si autē aduersarius cõtra hoc probare velit: testes eius dicere debent se talē habere ɔsciam q tali tpe ɔtrariũ a talib⁹ viderũt vel audierũt. Quid g̃ si ps vtraq3 probat? Rõ. Preferant testes magis idonei. ⁊ qui dicũt aptiora: extra de testi.i nostra.vbi de h3 Et sic dicētes se vidisse ɔtrariũ preferri debērēt cũ alij satagãt negatiuã.6.q.fi.actor.p totũ. Quid si aduersari⁹ vellet pbare pscribentem nullo titulo possedisse: s3 poti⁹ p violētiã: ⁊ sic mala fide ab inicio. Nunq̃d debet audiri Rñdet Bern.ex.e.qm̃. q sic q2 iste postea pscribere nõ potuit.ex.e.vigilanti.⁊ in.c.i. 3[m] qð requirit ē cõtinuatio possessiõis.s. q res sit possessa cõtinua vsq3 ad finē pscriptiõis sine interruptione: ex.e.illud circa mediũ.s.§.ver fi. Ergo si possessio iterrũpat pria tpa cõtinuari nõ pñt cũ sequētib⁹ imo requirit spaciũ.30.annor.si pscriptor postea nãciscat possessionē: vel 40.annis postea prescribit. Item nisi in illo cãu qñ possessor recupat sit bone fidei. Tũc eni forte statuto tpe prescriberet.C.de pscrip.30.ãno.l.fi. Qñq3 tñ ⁊ si possessio nõ sit cõtinua pficit prescriptio. Inchoata eni a defuncto perficitur vacãte hereditate: ⁊ tamē possessio nõ ē in hereditate.ff.de vsuca.l.nũq3 Et intellige q prescribens nõ tenet probare cõtinuatiõnē possessionis: quia hoc esset ĩpossibile: sed sufficit q probet se possedisse in temporis principio: medio: ⁊ fine.C.ne de statu ð fun.l.si mater.ad fi. Quartũ est q res nõ sit vitiosa. Res autē dicitur vitiosa si sit furtiua. vel vi possessa: quã nõ tñ fur vel raptor s3 nec aliquis alius licet ab eis emerit: vel aliter bona fide habuerit pscribere vel vsucape potest. insti.e.§.furtiue.p totũ. Item preter predicta fm Hostiē.requirit in vsucapiõe rei traditio vel quasi. Puta presumit tradita propter patientiam ⁊ sciam ⁊ hi⁹: q2 nec sine possessione q̄ non acquirit sine traditione vel quasi vsucapio procedit: ff.e.sine possessiõe: per totũ. Requiritur etiã q distrahēs ⁊ tradēs habeat bonã fidē. Si eni male fidei possessor alienauerit rē alienã dño eius ignorãte: spectat prescriptio.30.annor. Si aũt eo sciente imputet ei si infra sua tpa litem non fuerit contestatus

Equit videre de tertio.s.de speciebus pscriptionis. He aũt sunt due quãtũ ad materiã pñtem. Vna ē longi tpis vt decē annor inter pñtes: qui.s.sunt in eadē puincia vel.zo.annor inter abñtes.s.q̄ sunt i diuersis puicijs. Altera est longissima vt.30. vel.40.annor. Et vtraq3.s.prima ⁊ z[a] pscriptio h3 locũ ɔtra laicos ⁊ psonas priuatas.vt 16.q.3.§.põt. Hodie eni vt dictum ē.s.male fidei possessore alienante rē ignorante rei dño

spectat pscriptio.30.annorum. Ipso aut dno scie/te: si nō fuit lite ɔtestatus sufficiūt decē anni inter pntes. et. 20. iter absentes: vt in auc. vt spō. largi. §. rursus. per totū col. 9. Nec hoc credit Hosti. correctū eē p cōciliū. ex. e. qm. Sed qd si prescripsi rē tuā te pnte p quinqz annos: et deinde te absente p quinqz. Nūquid pscriptō ē cōpleta? Rn° qp non: sed sicut duplicat decen/nium vbi nullo tpe fuisti presens: sic de decennio qcqd te absente trāsijt duplicari debet: vt i. d. auc. §. de prescri. p totū. Cōtra aut omnes ecclesias necessaria est pscriptio. 40. annorum: siue persona priuata cōtra ecclesiā prescribat: siue vna ecclesia cōtra aliā: ex. e. illud. in prin. Contra tn epm negligentē cōuertere plebem suā ad fidē post sex menses cōputando a tpe monitionis sibi facte a vicinis epis pscribit p tres annos et sex menses: cōputādo a tpe monitionis sibi facte: vacat ei qui cōuertit eaz. s. vt habeat ipam: ex. e. c. i. in tex. et in glo. Item contra ecclesiam romanā ē necessaria pscri/ptio centū annorum. ex. e. cū nobis in prin. Usucapio vero cōplet triēnio: ex. e. c. i. in prin. etiā in rebus ecclesiasticis mobilibus fm Hosti. et gof. 16. q. 3. §. quas actiones. Quidā tn dixe/runt qp nō impletur in hi° rebus triennio sed quadriēnio: sicut in rebus fisci: vt isti. e. §. res fisci. Hoc aut triēniū pficit cum ad aliquam horā diei vltime peruenit. ff. e. l. in vsucapionib°

Insup nota qp priuatus ipo iure vel p sen/tentiam hominis que tenet a romana eccl'ia vel alia nō prescribit illā minori spacio centū annorum cōtra romanā ecclesiā. vel. 40. ɔ alias. Catholici vero qui bona fide possederūt. 40. annis bona hereticorum post mortē ipsorū. qui quidem catholici putabant super illis bonis ab ecclesia romana vel alia non possunt mo/lestari. li. 6. e. si que.

Sequit videre de 4°. s. q res prescribi pnt: et que nō. Circa qd sciendū qp generaliter oēs res pscribi pnt ōme ius ois actio. ex. e. ad aures. i fi. Excipiūt tn quedā q nullo tpe pnt pscribi vt ecclesie in criminib° nullo tpe pscribunt: s potius ex tpis diu/turnitate augent: ex. de simo. cū in ecclesie corpore. Itē nō pscribit ɔtra obedientiā visitati/onē et procurationē q debent rōne visitatiōis ex. e. de pscriptionibus. cū nō liceat. et. c. cū ex officij. Sz ɔ. Extra. e. auditis. et de capel. mo. c. 2. et de priuile. cū olim propter. et d excep. cū venerabilis. in oibus illis innuit qp ɔtra subiectionē et obedientiaz pscribit. Rndet ad hoc gof. qp subiectus p se tm nō pscribit. s. libertatem cōtra subiectionē: sed et si priuilegiū libertatis cōcedat i ipo caueri pōt qp hi° pilegiuz

reuocet: ex. de deci. dilecti. Hoc tn ius iplorā/di pōt a subdito prescribi. Ad qd accedit. C. d fund. patri. l. fi. Que lex federici icipit. Jube/mus oēs. li. ij. Ut subdit° ɔ obediētiā pscribit nō noie suo s ei° cui se obediam tāto tpe psti/tisse allegat vt pscriptio sit inducta. Sic videtur loqui. c. cū oli. c. pallegato. Pōt etiā subditus p se pscribere aliq q ptinēt ad platū suuz vt ex. e. de quarta. et de iure patro. cura. Itez ecclesie et etiā loca religiosa necnō decime primitie et oblationes nō pnt a laicis pscribi: qz nec possideri: ex. e. si diligenti. Itē nō pōt p/scribi limes vel qd adheret limiti epatuū prouinciarū vel parochiarum. 6. q 3. lz in regulis. et. c. se. inter memoratos: et ex. de paroch. super eo. Nō ē ne termini puinciarum epatuū vel parochiarū ɔfundant. Itē nec liber hō p seruo pos/sessus pōt pscribi. 16. q. 3. §. pōt. Nec publice fūctiones agrorum. i. pensiones a colono pscribūt vt ibidē. Nec colonus pscribit fundū quē colit. C. de prescrip. 30. vel. 40. anno. l. male agit p totū. Nec via publica amittit nō vtēdo. ff. de via pub. viā. p totū. Nec aqueductus. C. de aqueductu. diligenter. li. ij. Nec quedam insi/gnia ecclesie romane. dis. 93. illud per totum. De his vero extra. e. cum non liceat.

Sequit videre de quinto. s. quib° mo/dis interrūpit pscriptio. Circa quod sciendū qp interrūpit dupliciť. s. nāliť et ciuiliť. Nāliter iterrūpit p aque inundationē p violētā a quocunqz factā deiectionē: et si res sit furto sublata. ff. e. d vsucapio. nāliter p totū. Itē si habitā dimiserit possessionem vľ aliq alio mō amiserit. ff. de serui. vr. pre. si edes mee seruiant. Ciuiliť interrūpit in iudicio et ex iudiciū. In iudicio p libellū principi obla/tū: q nimo p solā pcū oblationē et ad eas rescriptionem. Et hoc valet i annalibus et ptorijs actionibus q p hoc ppetuant. s. quo ad interrūpendā quasi pscriptionē. C. qn libellus pri/ci. datus litis cōte. fa. l. i. et. l. 2. Itē p querelā. iudici factā et rei cōuentionē secutā. Et h va/let in oibus actionibus. C. d prescrip. 30. āno. sicut in rē. Itē p litis ɔtestationē. Et h etiā in oibus valet ut ibidē. l. fi. Itē per quasi litis ɔtestationē: vt per denūciationē factā colono in iudiciū vocato: extra vt li. nō conte. qn ad fi. Extra iudiciū etiā multipliciter scz per so/lutionē vsurarum et p cautionē secūdam a debitore factā. C. de pscript. 30. an. cum notissimi. Itē per ptestationē factā corā iudice ordina/rio vel corā publicis et honestis personis cum scz impeditus cā aliqua pcedere nō potest: ex de appel. si iustus. c. fi. Item per denunciatiōez factam colono: extra. ut li. non conte. qn. vt

qñ citaṫ corã iudice p re quã possidet nomie alieno. Itẽ p pclamationẽ: synodalẽ .i. i syno do factã: ut cũ aliqs p̄sbyter clamat q aliꝰ p̄sbyter tenet rẽ ecclie sue. Et idẽ ẽ si i cõcilio pruinciali vel generali: extra. e. de p̄scrip. scõr. Et de his fere oibus notaṫ. extra. e. illud. Sciendũ aũt q sunt quedã tpa. i quibꝰ p̄scriptio nõ interrũpiṫ s quiescit siue dormit. Prio tẽpore plati male alienãtis. s. q̃ ad rẽ alienataꝫ male. s. q̃diu viuit ⁊ tenet ecclesiã. 16. q. 3. si sacerdotes. 2º tpe vacatõis ecclie. 3º q̃diu p̄sbyter ecclesie ẽ hereticꝰ: extra. e. c. i. 4º tpe scismatis: extra. e. cũ nobis. 5º tpe excõicationis. Excõicatus eni nõ põt agere ad interrũpendã p̄scriptionẽ que currebat ꝯ eũ. In tpe g̃ excõicationis nõ currit p̄scriptio. Qd itelligit Ray. si excõicatus nõ sit negligens petere absolutionẽ. Et idẽ ẽ de suspenso. 6º tpe pupillaris etatis. C. i quibꝰ cãis non ẽ necessaria i inte. rest. l. fi. 7º tpe q̃ quis iusta cã ipeditꝰ agere nõ põt. Et iste casus ẽ gñalis: extra de appel. ex rõne. 8º tpe patrie ptãtis. Hoc eni impedit ne filiofamilias p̄scriptio currat. C. de bo. que libe. i pote. ↄsti. l. quecũqꝫ ad fi. Et hoc ẽ ver de aduẽticijs. Hec Ray. 9º nõ currit p̄scriptio i dote mulieris nõ soluto matrimonio vel vergente viro ad inopiã. C. de iure. dot. auc. in rebus. Decio nõ currit p̄scriptio debitori nisi aduenientẽ die vel extãte debiti cõditione. Vñ si pmisi creditori cẽtum libras si nauis mea venerit: nõ currit prescriptio contra eũ quousqꝫ venerit nauis. Similiter si credidisti mihi centũ libras vsqꝫ ad decẽ annos nõ incipit currere ꝯtra te p̄scriptio nisi cõpletis illis decẽ ãnis. C. de p̄scrip. 30. anno. cum notissimi. Vndecio tpe abñtie. vt si is ꝯtra quẽ p̄scribiṫ fit pfectꝰ i terre sancte subsidiuꝫ vel ecclesie: subduciṫ de tpe p̄scriptionis tãtũ tẽpꝰ quãtũ fuit i eius abñtia lapsum: vt. ff. qui bus ex ca. ma. 25. l. videlicet. Alij vero dicunt tũc solũ debere deduci tẽpꝰ abñtie cũ i eiꝰ absentia vel pax pꝰ eiꝰ reditũ p̄scriptio ẽ ꝯpleta Et hec accipiũt. ff. ex quibꝰ ca. ma. 25. ab hostibus. Prima snia videṫ magis placere gof. s prima ẽ equior. 2ª securior fm leges. De casibus p̄dictis notaṫ li. 6. e. cũ liceat in glo. fi.

Quid de debitis ãnuis vel instris vel cuiuslibet alterꝰ tẽporis singularis. Et q fꝫ leges p̄scriptio currit nõ ab exordio obligationis s a pncipio cuiuslibet anni vel mẽsis vel alterꝰ tẽporis: vt i. l. palle. cũ notissimi. Qd intelligitur fm mar. ⁊ placẽ. s. q oꝫ eẽ tot p̄scriptiones q̃t dicũṫ eẽ solutões quibꝰ dicta lex fauere videt. Bulgarꝰ vero telligit q ibi dꝫ eẽ tm̃ vna p̄scriptio scꝫ. 30. an. ꝯputãdo a principio cuiuslibet tpis q̃ solutio fieri debebat: s cessatũ ẽ in solutione. C. de vsucap. p emptore eũ q. Quidã vero distinguũt q si noiẽṫ anni: vt ãni bini vel trini tot erũt stipulatões q̃t ãni. Et tũc hꝫ locũ snia pria. Si vero dicat generaliṫ puta: singulis ãnis erit vna stipulatio: ⁊ tũc locũ hꝫ snia 2ª. Jo. vero ⁊ azo. distinguũt iter legata ⁊ promissa. In legatis. n. qꝛ tot sunt actiones q̃t debita tot eadẽ rõne oꝫ currere p̄scriptiones: iõ tale legatũ nõ vtẽdo põt amitti ⁊ i his ẽ vera snia pria. In stipulatõibꝰ aũt ẽ vera snia secũda. Scdm vero Hosti. prima ẽ equior ⁊ maior quo ad ius canonicum.

Equiṫ videre de sexto. s. de effectu p̄scriptionis. Circa qd sciendũ q fm gof. ex p̄scriptiõe tã lõgi tẽporis q̃ lõgissimi acquiriṫ exceptio ꝯ dñm rei vel venditorẽ cui res fuit obligata. C. de p̄script. 30. vel 40. an. si quis empti. in prin. Et cũ exceptio sit actionis exclusio. ff. de excep. l. 2. pꝫ q dire ctũ dñium remanet apud veterẽ dñm. Vñ et rem vẽdicare põt a quolibꝫ possessore pterq̃ a p̄scriptore vl ab illo qui possidet ab eo. Prescriptor autẽ habet vtile dñium. C. de bonis maternis. l. i. Vñ habet vtilẽ rei vẽdicatõem etiã ꝯ dñm veterẽ: cũ fm leges p̄script. dñium muteṫ. ff. de vsucapi. eũ qui edes. Nec mireris si per vsucapionẽ acquiriṫ dñium directũ rex mobiliũ: ⁊ per p̄scriptionẽ vtile imobiliũ: qꝛ mobilia facilius transeũt ⁊ mutanṫ q̃ immobilia: vt pꝫ de ipo noie ⁊ pꝫ ff. de acq. pos. si rẽ mobilẽ. Si queraṫ quare per p̄scriptionẽ tollaṫ actio hypothecaria: vt in. l. preall. si qs. ⁊ ñ per vsucapionẽ triẽnij. ff. de pigno. l. i. §. cũ p̄diũ. i. &c. Quia per prescriptionẽ acqriṫ exceptio q̃ excludit omnẽ actionẽ: ex. e. ad aures in fi. s per vsucapionẽ triẽnij acquiriṫ solum dñium. Intẽtio aũt pignoris ab intẽtiõe dñij separaṫ: vt in. §. preal. cũ prediũ. fꝫ Jo. ⁊ azo. Sed fm Hosti. etiã per vsucapionẽ acquiriṫ exceptio: qꝛ cui daṫ actio multo fortius exceptio. C. de pba. siue possidetis. Dabitur ergo rõne vsucapionis ⁊ prescriptõis legitie actio si nõ possideat ⁊ exceptõ si possideat: sicut ait mar. ⁊ pbaṫ in. l. quam pro se adducũt. C. de prescrip. 30. vel. 40. anno. si quis. l. emptionis Quare g aliud ẽ in vsucapi. ⁊ aliud i prescriptionibus: &c. Prolixius tẽpꝰ hoc facit. Hec tho. Ex predictis pꝫ q i prescriptiõe necessaria ẽ ꝯtinua bona fides: ita q i nulla parte tẽporis prescriptiõis prescribẽs ꝯsciaꝫ hẽat rei aliene: ex. e. c. fi. in fi. Et ita abrogate sũt oẽs leges q̃ admittũt prescriptõem cũ mala fide ⁊ ꝯtinua. s. q̃ ad principiũ mediũ ⁊ finẽ totius tẽporis prescriptiõis. In lõginq̃ tñ p̄scriptiõe

requirit etiā fm leges bona fides i prin° lz ñ i medio vel i fi.16.q.3.prescriptionū alie. Nec mirū q2 ecclesia 7 iura 7 alia secularia trahere pōt indirecte ad forū suū rōne ptātis cui9 iudiciū fm corpus 7 aiam ptinet ad ipam: ex̄ ꝺ iudi.nouit. Lex etiā dic̄ ꝙ sacre leges n̄ dedignātur sacros canones imitari. De h nō ex̄.e.c.fi.in glo. 2a sup illo verbo.qm̄ ciuilis. Sz qd̄ si tpe p̄scriptiōis habuit ꝯsciam lesā 7 postea incipiat hr̄e nō lesam. Nūqd ꝓpter h ē prescriptio interrupta: R̄ꝰ fm Ber.ex̄.e.c.fi.in gl.4 7 Jnn.sup idē.c. Nō videt̄ q2 fuit erronea: vñ eā deponere dz. Sed fm Hosti. ei ꝯdicit exp̄sse.ex̄.e.c.fi.vbi i nulla tpis pte: 7 etiā.c. penl'.ad fi.ibi. Si vero nōdū.7c̄. Ut eni ibi probat̄ 7 in p̄cedentib9 si quis p̄scripserit non obest postea mala fides h ꝯrius actus. Si vero ē in p̄scribendo supueniente mala fide p̄scribere nō pōt. Nec dici pōt fuisse erronea.q2 aut pētēs pbauit se dñm 7 sic nō errabat i hoc ꝙ putabat rē alienā.aut nō pbabat. Et sic nō ē necessaria pbatio p̄scriptiōis.C.de rei ven.l.fi.7 sic videt̄ ꝙ hec interruptio sit naturalis quia oib9 pdest: vt etiā plene.inuit.34.q.2.si virgo nesciēs. Sed qd̄ si dubitet an res sit sua 7 hz iustā cām dubitatiōis: R̄ñdet Ber.7 Hosti.i o.gl.ꝙ adhuc dicit̄ bone fidei possessor 7 vtet̄ fructib9: 7 p̄scribit i hoc cāu lz habeat ꝯsciam dubiā: q2 nescit adhuc an sit aliena. Jnquirē tñ dz de re illa ab alijs ut sic pueniat ad veritatē: ar.23.q.8.occidit finees. 7 etiā i tex. i fi.

iaũt sibi qui socium parũ diligentẽ assumit. insti.e.§.vlti. Nec releuatur socius a culpa: qꝛ plerisqꝫ alijs sua diligentia lucrũ societati cõtulit.ff.e.nõ ob eam. Puta lucratꝰ in sale ꝛ negligenter agit in vino. Sed cũ in eadem negociatione lucratur in vno ꝛ negligẽter in alio: tunc fit recõpensatio. Jtẽ venit pcipiendum oẽ es alienũ qꝺ manente societate ẽ pure ꝯtractũ. Si vero sit cõtractũ in diẽ vꝫ sub conditione caueri debet de indẽnitate. Et si vnus sociorũ soluẽdo nõ sit: dãnum hoc ad ceteros socios ptinebit.ff.eo.l.omne.ꝛ.l.si socij. Jtẽ si sint tres socij: ꝛ vnus eorũ agens ꝯ sociũ consequitur integre partẽ suã: reliquus aũt agens cõtra eundẽ nõ posset integre cõsequi partẽ suã: qꝛ ille nõ habet vñ soluat eã ptes erũt adequãde.ff.e.verũ.§.si cũ res. Jtẽ neutri socio recõpẽsandum ẽ dãnum oẽ qꝺ incurrit de cõmuni sine sua culpa gerẽdo negocia societatis: siue illud casu fortuito euenerit: siue a latronibus illatum fuerit tam in rebus qꝫ in pecunijs: qꝫ etiã in expensis ĩ medicos ꝛ medicinas impensis: siue ꝑ se siue ꝑ suis.ff.e.cũ duobus.§.quidẽ. Jtẽ veniunt expense in refectione rei cõis impense: vt.l.cum duobus.§.idem. Jtẽ ꝛ si aꝫ in rem cõez impẽdam: agã pro socio vel cõmuni diuidendo. Sed si ꝓpter societatem proficiscens agã ꝑ socio: nõ cõmuni diuidũdo: qꝛ in rem cõmunem non separando. Jtẽ agi pro socio põt vel de cõmuni diuidundo ꝯ sociũ: si fructus ex re cõmuni pcipiat: vel in ea dãnum dederit: vꝫ p fallaciã vꝫ dolũ rẽ cõmunẽ amouerit: vꝫ eam aĩo celãdi cõtrectauerit. Pro dãno etiã agi põt a quilia: ꝛ pro furto actiõe furti ad penam dupli vel quadrupli.ff.e.l.ꝑ socio.§.si tecum.ꝛ.l.rei cõmunis. Socius tñ ita demum furti tenetur: si cũ dolo malo eius cõtrectatꝰ se rem cõmunẽ apte probetur. Datur autem hec actio socio ꝛ heredibus eius cõtra sociũ ꝛ heredes eius. ꝛ est directa ex vtraqꝫ pte: qꝛ vnus nõ est magis sociꝰ qꝫ alter: ꝛ vterqꝫ ad idem.s.ad lucrãdũ tendit.insti.de pe.te.liti.§. ex quibusdã. Est aũt hec actio famosa: dãnatus enĩ ea fit infamis.vt ibidẽ. Jn cõdẽnatione tñ debet discretio adhiberi: vt.s.ipse sociꝰ non in solidũ sed in quantũ põt facere condẽnetur: Quod tpe rei iudicãde spectatꝰ: nisi dolo suo vel pacto bñficiũ illud amiserit. Dolũ accipe: siue cõueniatur ex eo qꝺ fecit dolo: siue ex eo qꝺ fecit culpa. Nec extenditꝰ hoc beneficiũ ad heredes: vel patrẽ: vel dñm socij. Defensor vero socij hoc beneficio gaudet. Quisqꝫ etiã hoc beneficiũ habet gaudet nuda ꝓmissione de hoc qꝫ ad presens soluere nõ põt.ff.e.verũ.post.§.i.z.ꝛ.3.ꝛ.§.tẽpus. Jtẽ hec actio est ꝑsonalis ꝑpetua ꝛ bonefidei. Et hec de cõtractu societatis ad presens sufficiant gratia breuitatis.

De pignoribus titulus.iꝫ.

Einde qꝛ usura

sepe cõmittitꝰ eo qꝫ fructus pignoris in sortẽ ñ cõputatꝰ: ꝯter considerandũ ẽ de pignoribus. Et pmo qd sit pignus: ꝛ vñ dicitur. 2° quot ꝛ que sunt dñe pignorum. 3° que res pñt pignori obligari. 4° quõ pignoris obligatio cõtrahitur. 5° ad quid dator ꝛ ad quid receptor pignoris tenetur. 6° de venditione pignoris. Circa primũ sciendũ: qꝫ pignus est res obligata pro debito ad securitatẽ creditoris ꝭm Gof. vel ẽ obligatio rei licite pro debito. ita ꝭm Hosti. qꝫ tutius est pignori insistere qꝫ in ꝑsonã agere.insti.de ob.que ex delic.nasꝰ.§.furti. Scdm aũt grãmaticos differentia ẽ inter pignus pignoris: ꝛ pignus pigneris. Vñ Grecismus. Pignora natorũ: dicuntꝰ pignera rerũ. Sed nõ inueni hanc dñam in iure poni. Dicitꝰ aũt pignus ꝓprie rei mobilis: quasi res a pugno siue manu tradita.ff.de v.sig.plures. Rei etiã imobilis traditione pignoris obligatio cõtrahitur ac pignoraticia actio nascitꝰ. Ubi autez res in creditorẽ non transit: hypothecа dicitꝰ. ff.de.pig.ac.si rem. Quãtum tñ ad actionem hypothecariam nihil refert inter pignus ꝛ hypothecam. Uoce enĩ tñ differunt.ff.e.res hypothece. Et dicitur hypotheca ab hypos qꝺ ẽ sub: ꝛ thesis positio. Jnde hypotheca.i.suppositio vel res supposita scilicet obligatiõi.

Jrca zᵐ sciẽdum: qꝫ pignoris dñe ꝭm leges sunt tres.s.pignus cõuẽtionale: qꝺ sic dicitur a cõuentione. Pignus ꝑtoriũ sic dictũ a ꝑtore: vt si fiat ꝓpter illud qꝺ pretor iubet fieri: puta vt caueatꝰ ꝺ dãno infecto vel alio simili. Et pignus iudiciale sic dictũ a iudice: vt cũ iudex mitti iubet in possessionẽ: vel sentẽtiã diffinitiuã mãdat executioni. Et dꝫ qñqꝫ pignus iudiciale ꝑtorium: ꝛ ꝑtorium iudiciale: qꝛ vtrũqꝫ ꝯstituitꝰ a iudice.C.de ꝑtorio pignore.

Jrca tertiũ sciẽdũ: qꝫ pignori pñt obligari quecũqꝫ pñt vendi: q̃ aũt non possunt vendi: non pñt pignori obligari.ff.que res pig.obli.pos.l.z.§.vlti. Quedã tñ pignori nõ pñt dari que possũt vendi. Aliena enĩ possumus vẽdere.ff.de.cõtrahẽ.em. ꝛ ven.rẽ alienã.nõ ãt nisi nr̃a pñt pignori obligari.C.que res pig.obli.q filios. Quod aũt dictũ ẽ rẽ alienã posse vẽdi: ẽ vex ꝺ mobilibꝰ

qr si res aliena imobilis vendat: furtū cōmittitur: & iō nec emptio nec venditio cōtrahitur ff. de cōtraben. em. & ven. si in emptiōe. Ratō aūt fm Gof. quare aliena pñt vēdi: nō aūt pignori obligari est: qr in venditiōe agit vt res tradatur & venditor de euictione obliget: vt .ff. de. ac. em. & ven. ex empto. sed de pignore agitur vt ius in re constituat. Vñ cōuētio pignoris creditori parit actionē in rē. ff. e. ti. pignoris. Vñ creditor qui accepit alienā rem ī pignore nō habet in ea ius pignoris hypothece: qr creditor qd ñ habebat nō potuit dare.

Itē obligari pñt res pñtes & future vt fructus pēdentes: partus ancillarū: fetus pecoꝝ & ea que nascuntur. Itē res corporales & incorporales: vt cautiones & noia debitorum.

Itē seruitutes psonales: vt vsufructus: & seruitutes pdiales rustice. Probant hec oia p iura. ff. e. Itē q obligauit instra suorū agrorū: de ips agris cogitasse videt. C. q res pig. ob. pos. l. z. Nō pñt aūt obligari pignori iura pdiorū vrbanorum. ff. e. si is. §. vlti. Rō diuersitatis hi⁹ est fm Gof. ne ex varietate vsus & vtētiū edificia destruant: & inutilia fiant. Dici tñ posset: qp cōmoditas seruitutū pdiorū vrbanorū obligari pōt sicut hoc cōtingit ī rustico: vt. s. liceat ire & agere creditori. ff. e. l. sꝫ & an vie. fm Gof. Nec hoies liberi pñt p debitis etiā si res defuerit detineri. ex. e. c. z. Qd ē verū si bonis cedant: al' in carcere detrudēt. C. qui bo. ce. pos. l. i. vt dicit ibidē in glo. Tenet tamē in casu obligatio liberi hois: vt in redēpto ab hostibus q p quinquēniū iubet seruire nisi possit pciū soluere. C. de iu. post limi. l. ab hostibus. & l. vlti. Et pter famē pōt pr filiū obligare: qr etiā pōt vēdere eū. C. de pa. qui fi. distra. l. z. Pōt etiā liber hō cōsentiens ī obstagio poni. ex. d iureiu. ex rescripto. Nō tñ vt ius cōstituat in re: sed vt qd cōuenit fiat. Vel nō pōt homo liber p pecunia obligari: sed p pacto pacis ineunde vel cōsimili. ex. de arbi. exposita fm Gof. in sū. & fm Ber. ex. e. c. z. & sup. c. exposita. & c. ex rescripto. Non pñt etiā obligari pignori ecclesie: in auc⁹ de alie. emphi. §. qm. Nec res ecclesie nisi p certis causis: vt. iz. q. z. aurū. sicut nec pñt alienari sicut dicet plenius infra li. 6. ti. 37. Nec etiā ecclesiastici redditus vel stipendia fm Inno. & Bern. ex. de fideiuss. sup. c. puenit. possūt obligari spāli cōuētione: sꝫ a iudice pro debito canonici & cā iudicati pñt obligari. Itē pignoratiōes quas vulgus vocat repsalias phibētur ī vtroqꝫ iure. s. ciuili & canonico obligari. Et qcūqꝫ eas cōtra psonas ecclesiasticas vel earū bona cōcedit & cōcessas extēdit quātūcūqꝫ generaliter ptextu cuiusuis ɔsuetudinis nisi reuocauerit hoc infra mensē. s. a tpe cōcessionis vel extēsionis: si sit psona singularis ē excōicatus: si sit vniuersitas subiacet ecclesiastico interdicto. li. 6. de iureiu. & si pignorationes. De quo habet plen⁹ infra. li. 7. ti. z. casu 49. Sed nūquid pdicte pignorationes siue represalie possunt esse aliquo mō licite quātum ad laicos. Videt qp nō: qr vt dicit in. c. & si pignoratiōes. ciuili cōstitutione sūt phibite tanqꝫ graues legibus: & equitati naturali cōtrarie. Et fm leges quicūqꝫ aliū pignorat q duplū restituit: & ab actione p qua hoc facit cadit: vt in auc. ne fiat pig. que auc. ponit. C. ne vxor p ma. l. vlti. Et incipit & oio. Sed ɔ 23. q. z. dñs deus iubet. vbi dicit. Justa bella dici solent que vlciscūtur iniurias. Sic gens & ciuitas petenda est. i. impetēda que vel indicare neglexerit qd a suis improbe factū ē vel reddere qd p iniurias ablatū est. Rñdet ad hoc Jo. an. super. c. & si pignorationes. qp doc. dicūt qp hoc. c. dñs noster est correctum p illud. c. & si pignorationes. qñ non vult facere iusticiam dñs: vel ciuitas debito modo requisita: ita tamen qp etiam tunc ad psonas ecclesiasticas nullatenus extendatur.

Jrca quartum sciendum: qp pignus cōtrahitur quandoqꝫ generaliter: vt cum quis obligat omnia bona sua. In quo casu intelliguntur obligata habita & habenda: & etiā seruus. ff. que res pig. ob. pos. l. vlti. In hac tamen obligatione generali nō continētur ea que verisimile est quēqꝫ nolle obligare: vt suppellex. vestis. mancipia valde necessaria. ff. e. obligatione. Qñqꝫ specialiter vt ager: liber. equus. & similia. Item contrahitur pignus quandoqꝫ expresse. Quandoqꝫ tacite. Tacite enim obligata sunt bona ministri ecclesie pro administratione rerum eius ipsi ecclesie: ar. iz. q. z. illud. Et bona viri vxori pro dote: & similiter eius bona qui dotem promisit obligantur. C. de re. vxo. act. l. vna & ex. e. ex litteris. Et bona cōtrahentis cum fisco ipsi fisco. Et bōa tutoris pupillo. Et bona curatoris minori. Et bona cōductoris in uecta & illata pro pensione Patent hec omnia per iura. ff. e. Sciendum aūt fm Hosti. qp bona cōductoris inuecta & illata in rustico pdio domino sciente: nisi ad tempus inferant domino tacite obligantur pro pensione. In vrbano autem non distinguitur: vtrum dñs sciat vel nesciat. C. quibus causis pig. ta. obli l. quāuis. Sed & bona patris tacite obligant filiis pro rebus aduenticiis & preciis earūdē

Itē bona matris secundo nubētis sunt filiis primi viri tacite obligata vt eis restituāt q a pmo viro fuit lucrata. Itē tacite obligāt

bona defuncti p legatis z fideicōmissis.

Irca quintū sciēdū q dator pignoris tenetur soluere debitū etiā si pignus perit sine culpa creditoris: nisi sit actum q amissio pignoris liberet debitorem. C. de pig.ac. que fortuitis. Itē si quis d bet pbare amissionē pignoris nō opz q probet q siue dolo siue culpa amiserit: qz eo ipso q dolus non pbatur: psumitur q sine dolo amiserit: vt in.l.si creditor.C.eo. Itē impensas i pignore bonafide factas a creditore dz reddere: nisi fuerint imoderate.ff.de pig.ac.si seruos. Itē rē ipignoratā vni nō debet ipignorari alteri al' stellionatus crimine poterit accusari.C.de cri.stel.l.i.nisi sit talis res q suf ficiat vtriqz. Itē si debitor sciēter rē alienam sine dñi volūtate obligauerit vel obligatam subripuerit criminis stellionat⁹ reus erit. C. de cri.stel.l.z. Pignoris aūt receptor.s. creditor nō dicitur pprie pignus possidere.ff.q sa. da.co.l.sciēdū. Et nullo tpe pōt illud pscribere.C.de vsurl.pignoribus. Et debito sibi soluto integre pignus tenet reddere. Ideo dixi integre: qz p parte tñ soluto debito pign⁹ tantū remanet obligatū.C. de distrac.pigno. l.qdiu. Itē tenet reddere pignus nō alij obligatuz nec deterioratū.ff.e.creditor. Et si pierit vel deterioratum fuerit tenetur debitori satisfacere pignoraticia actione. Hoc est vez si culpa ei⁹ vel dolo hoc euenerit: nō aūt i casu fortuito sine culpa eius.C. de pig.ac.l.z.3. 4.z.5. Et si creditor illud impignorauerit: ñ tñ ipm i plus obligare potuit q sibi fuerat obligatum.ex.de iure pa.q aūt.in fi.z ex.e.cum cōtra.in glo.5. Tenetur etiā ipm reddere debitori qñcūqz venerit: nisi sit distractum. C. de distrac.pig. si prius. Item lz pignus possit pignorari: sortem tamen extenuant fruct⁹ pcepti. Et ideo quicūqz sit possessor pignoris mei: tenet illud restituere mihi: lz obligauerit illud alij: dūmodo primo satisfaciā creditori. Et p quascūqz manus possessio trāsierit idem ius erit.ex.e.illo. Hec Hosti. Et statim cū fructus adequat sorti dño suo debet reddi. Tenet eni possessor in sortē cōputare nō tñ fruct⁹ quos ipe pcepit: sed etiā oēs quos anteriores a tpe primi contractus pceperunt nisi ipsemet debitor obligauerit pignus secū do debitori. Tenetur autē debitor in sortem computare vsum pignoris siue fructū: deductis expensis.ex. de vsurl.c.i.z.z. Et expense iste non debent esse supflue: ar.ff.de rei ven. in fundo. Et ille tñ expense sūt deducēde q in ipsa re z pro fructibus colligēdis sūt necessario facte.C.de pig.in fi. Potest ergo retinere rē donec deduxerit expensas. Hoc Ber. ex.de vsuris.c.i. Sed si debitor eū expensas deducere non pmittit qd faciet creditor: R⁹ fm Ray. Petere pōt actōe psonali corā iudice. C.de pig.quānis psonali. Pōt etiam pign⁹ sibi obligatū alij pignorare. C.si pign⁹ pi.da.sit.l.i. Sed si creditor rē reddit pri⁹ q expensas deduxerit: post qd faciet. R⁹ fm Ber.ex.e.c.i. Petat p cōdictionē indebiti. ff. de impē.in re dota.factis.l.qd dicit.§.si dos. vel p contrariam pignoraticiam.ff.de pig.ac. si necessarias.

Equitur videre de sexto.s.de venditione pignoris. Circa qd distinguendum ē sic.s.q aut debitor conuenit cū creditore q vendere posset. Aut q nō vēderet. Aut de hoc nulla mentio fuit. In pmo casu debet creditor pmo debitori denūciare z postea poterit fm formā cōuentā vendere al' nō. In secūdo casu debet sibi prius ter d nūciare vt soluat: z inter vnā denūciationez z aliā debet triduū esse sicut in citatiōe accusati absentis.ff.de pub.iudi.inter accusatorē. z de pig.ac.si cōuenerit.i glo. Hodie tamē accusati sūt citandi p interuallū. 30. dierū. Qd si non soluerit vendere poterit. Si vero ante trinā denunciationē vendiderit: furti tenet. In tertio casu semel denūciare sufficit: z p⁹ea elapso biēnio vendi poterit. Probant hec.ff. de pigno.acti. si conuenerit de distrahendo. Et si vendito pignore bonafide creditor minus accepit: forte pōt ad residuū agere. Si vero plus tenet debitori restituere. C.de iure do.l.vlti. Si vero nullus velit emere: z creditor velit iure dñij pignus possidere: tūc p⁹ biēniū adeat creditor iudicē qui debet statuere debitori tempus certū intra qd debet pignus redimere. Et si debitor nō inuenit: tūc iudex certū tēpus taxabit intra quod pignus redimere possit. Qd si tēpore statuto inuent⁹ non fuerit: vel totā pecuniā nō soluerit: tunc creditor iudicem adeat z petat q sibi ius dominij illi⁹ rei adiudicet. Et postq hoc factū fuerit: si debitor infra biēniū offerat creditori qui iā est factus dñs cū vsuris z dānis: qs suo sacramēto creditor declarabit recupat pignus suū. Post biēniū aūt recupare nō pōt. ff.e.si conuenerit. z.C. de iure doti.l. vltima.

Quid si qs equū sibi ipignoratū ad sua negocia equitat vel al' locat. R⁹ Talis est vsurarius si ille cui⁹ est equus soluit cibaria ei⁹. Idem est de veste z similibus quibus creditor vtit ad suā vtilitatē cū dāno alteri⁹. Qui imo talis furti tenet.ff.de fur.si pignore. Si tñ creditor ipm pasceret: z eum sine periculo z grauamine ipsius.s.equi egtaret: vsura non esset: qz pximū non grauaret: sed poti⁹ equū

pascendo iuuaret. Un̄ in hi' casibus conside raudū est vtrū sit equalis vtilitas hinc inde mutuo circūscripto. Et si sic: nō est ibi vsura.

Idem ē de eo q pignorat alicui domū suā inutilem sibi: q2 nō vult eam locare alteri: ꝛ mutuans ea vtit ꝛ p eū a ruina pseruat. De hoc.s̄.ti.de vsuris:ar.3.in solutione ar.2^e.q.

Ad hoc nota: ꝙ qn̄qꝫ aliqui colore q̄sito fraudē faciūt iuri canonico qd vsuras ꝓhibꝫ ꝛ earū repetitioni fauet: dū.s.trāseunt de con tractu pignoris ad cōtractū emptiōis: qd q dē cōmittit ex forma cōtractus: ꝛ ex cōpati one p̄cij ad rē emptā: ꝛ ex qualitate credito ris.ex̄.e.illo.ꝛ ex̄.de em.ꝛ ven.ad nostram.

Nō insup: ꝙ si fiat pactū inter creditorē ꝛ debitorē ꝙ nisi debitor soluat ad terminum pignus fit creditoris: nō valet oīno pactū ta le: q2 ē cōtra bonos mores: ꝛ iō ē a lege ꝓhi bitū. Sed si fiat pactū: ꝙ si pecunia nō fuerit soluta: creditor possideat iure emptionis rē pignoraticiā iusto p̄cio extimādā: tenꝫ pactū q2 est quedā venditio cōditionalis. Et dicit pactū p̄cedēs pactū legis cōmissorie siue pa ctū cōmissoriū: qd q̄dē reprobat in pignori bus. Et si fiat: nō obstat quin pignus reddi d beat. Si tn̄ iuramētū interuenerit sup tali pacto tenet illud seruare: ex̄ de iureiu. cū cōtingat. in glo. Non reprobatur aūt pactum tale.s. cōmissoriū in venditionibus. Si eni sic dica tur vendo tibi fundū tali pacto ꝙ si infra mē sem nō solueris: fūdus sit inemptus: licita ē vēditio.ff.de lege.cōmis.l.i.ꝛ.l.2. Hec pauca de pignoribus ad pn̄s sufficiant. Plura enim de ipsis in iure ciuili tradunt: que si quis.pro sequi vellet: longum requireret tractatum.

De locato ꝛ conducto titulus.14'.

Postea ɔsideran/

dum ē de cōtractu locationis ꝛ cō ductiōis: qui etiā valde silis ē cō tractui emptionis ꝛ venditiōis: vt.ff.e.l.i. Et p̄mo dicēdū ē qd sit locatio ꝛ cōductio: ꝛ qs dicat locator ꝛ qs cōductor. 2° qualr cōtra hatur. 3° quibus p̄dia locari nō pn̄t. 4° que locari pn̄t. 5° quo tēpe pensio debet solui. 6° in quibus casibus pōt expellere dn̄s inq linū. 7° de quibusdā dubitatiōib' circa istū ɔctū. 8° que actiōes nascūt ex locato ꝛ con ducto. Circa p̄mū sciēdū: ꝙ locatio ē psone vel rei ad vsum facta cōcessio mercede in pe cunia numerata cōuenta. Al'r si de alia re dā da vel facienda cōuenerit nō erit locatio sed ɔctus inominat': ꝛ aget p̄scriptis verbis: vt ff. deposi.l.i. Locator dr̄ q re sua p̄mittit aliū vti mercede sibi cōuenta: vt cū ego loco tibi domū meā ad habitandū dicor locator ꝛ tu cōductor: ex̄.e.c.i. Aliquādo vero locatio dr̄ firma: vt ex̄.e.vestra. Qd intelligit Gof. dictū s̄m vulgare alicui' ꝓuincie. Aliqn̄ etiā loca tio ponit ꝓ emptiōe: ꝛ ecōuerso: vt.ff.de ac. em.ꝛ ven.veteres.

Irca 2^m sciēdū: ꝙ locatio ꝛ cōductō ɔhit q̄buscūqꝫ modis ɔhitur emptio ꝛ venditio. Et iō illa q̄ supradcta sūt in ti.de em.ꝛ ven.de cōsensu: rebus ꝛ precio hic intelligas repetita. Locatio fieri pōt i per petuū: ꝛ ad tp̄s. Et si moriat cōductor infra tp̄s locatiōis succedit heres in iure cōductio nis. Secus ē i vsufructu q ē psonalis. Et ex tinguit cū psona: vt.C.e.viam.

Irca 3^m sciēdū: ꝙ militibus p̄dia lo cari nō pn̄t: ne omisso vsu armoꝝ se cōferāt ad opus rurale. C.e.milites. ꝛ.l.curialis.ꝛ.l.vlti. Nec monachis ex̄ ne cle. vel mo.c.i.nisi cā necessitatis hoc faciant: vt cū p̄dia sufficiētia nō hn̄t: ex̄ de deci. dilecti. Si tn̄ locaui militi tanq̄ pagano ignoranter possū ab eo exigere mercedē.ff.e.si ignorās.

Irca quartū sciēdū: ꝙ locari pn̄t oīa q̄ vendi pn̄t: ꝛ q̄ nō pn̄t vendi nō pn̄t locari. Seruitutes psonales non pn̄t locari a ꝓprietario. Sed si locent ab vsufru ctuario: tūc p mortē ipsius vsufructuarii ex tinguit locatio.C.de iure do. si socrus. Hec Hosti. Dicunt aūt seruitutes psonales vsus ꝛ vsufructus: q2 cū psona moriunt ꝛ finiunt Reales aūt dicunt seruitutes p̄dioꝝum rusti corum: vt iter actus ꝛ via.

Irca quintū sciēdū: ꝙ cōductor de bet soluere locatori mercedē ꝛ pen sionē s̄m Gof. eo tp̄e quo int se cōue nerūt. Qd si nō appareat: seruāda ē cōsuetu do regionis: que si appareat q2 forte inuenit varia: qd minus ē seruab t.s.vt in fine āni ex igatur.ff. de reg. iur semp in stipulatiōibus. Un̄ qui soluere ꝓmittit in certū diē vl' ānu3 vel in certis nūdinis: sēp transactis nundinis vel āno vel die soluere debet.ff.de v.ob.eu3 qui calendis. Si vero singulis ānis ꝓmittat aliqd dare: debet in principio āni soluere.ff. qn̄ dies lega. cedat. nec semel in principio. Hec Inno.ꝛ Accur.ibidē.l.i. Un̄ vers' Annua si debes: tunc inspicies caput āni. Anno si debes i fine teneberis āni. Lic3 aūt debito tp̄e dn̄s possit exigere: tn̄ si inquilinus spōte nō satisfaciat sibi: impune poterit eū expellē. Un̄ si locator ꝓmisit penā: si vi cōductorem expelleret: itelligit hec conditio.s.si ɔductor solueret pensionē.ff.e.quero.

Irca 6^m sciēdū: q̄ dn̄s pōt ingl'nuз expellere ī quattuoꝛ casib⁹. Prim⁹ ē ſi dom⁹ locata ſ t eius habitationi necessaria. Qđ itelligo cū tpe locatiōis aliaз domū hūit q̄ casu pijt. Si enī tūc aliā nō hū. t etiā ad habitādū recupare n̄ poterit. Hoc.n. a pncipio puidere debuit. ff. e. ſi quis domū. 2⁹ est: cū domus egēt refectiōe q2 minatur ruinā qnā nō minabat̄ tpe locatiōis. Al' sec⁹ est ī casu pmisso. Et ī his duobus casib⁹ ſm oēs fiet remissio pēſiōis p rata tpis: vel pui debit dn̄s inglino de domo eq̄ idonea ad habitandū. ff. e. cū in plures. 3⁹ ē ſi cōductoꝛ in domo puerſē cōuerſet̄. Et in h̄ casu etiā fiet ſm aliquos remissio pensionis p rata tēpis. Scdm vero alios nō fiet: sed dn̄o dom⁹ dabit̄ actio legis aqlie ꝯ oductoreз. Hec Gof. Hosti. vero dicit: q̄ ſi conductoꝛ meretrices publicas tenet expellit̄ ꝛ nihil remittit̄.: sed ſi al' puerſe cōuerſet̄. ſ. arboꝛes incidēdo: vl' p dn̄i suo tpe nō colēdo: vel poꝛcos ī solario locādo: faciēda ē remissio. Et agat dn̄s ꝯ colonūз de dāno sibi dato. ff. e. q̄ res. Hec Hosti. ex̄. e. pter sterilitatē. 4⁹ est: cū inglinus annonā p bieniū n̄ soluit. ſ. cū qs cōduxit domū ad aliqđ lōgū tp̄s: vt ad sex vel decē annos: nisi cito p⁹ bienniū. soluerit. ex̄. e. pter sterilitatē. Secus aūt ē in re data vbi ſm leges statuit̄ trieniū inter puatos. C. de iure. emph. l. 2. Sed in re ecclesie bieniū. ex̄. e. potuit. Fiscus vero nō soluētē stati expellere pōt. ff. đ pub. ꝛ vec. vectigalia. Hec Hosti. De quattuoꝛ p dictis casibus habet̄ ex̄. e. pter sterilitatem. in tex. ꝛ glo. Nō pōt tn̄ fisc⁹ recupare agros publicos q ppetuo sūt locati: nisi auctoꝛitas pncipis accedat: vt ibidē. Hec Hosti. ꝛ Ber. ex̄. de dila. lr̄e.

Equit̄ videre de 7°. ſ. de qbusdā dubitatiōibus circa contractū locatiōis ꝛ cōductiōis. ſ. vtrū merces vel pēsio ſit minuēda: vl' etiā totalit̄ remittēda vel augēda ī aliq̄ casu. R° Ipe locās aut locat coꝛpoꝛa. Aut agros. Aut res. Aut opas. Si coꝛpoꝛa sic nocet locatoꝛi casus foꝛtuitus. ſ. vt nō hēat mercedē nisi p rata. Vn̄ pter sterilitatem remittit̄ pensio. Si vero locet res: aut stat p locatoꝛē qminus re cōducta vtat̄: aut p ꝯductoꝛē. Si p locatoꝛē: aut stat p eū pure: ꝛ sic tenet̄ ad interesse. Vel p casū ī psona ei⁹ cōtingētē: ꝛ sic pensio remittit̄. Aut p conductoꝛē: ꝛ sic tota pensio soluit̄: siue stet p eum pure: siue p casū p eū cōtingētē. Si aūt locet q̄s opas: aut stat p locatoꝛē quominꝰ opas suas p̄stet: aut p cōductoꝛē. Si p locatoꝛem: aut stat p eū pure: ꝛ sic tenet̄ ad interesse. Vl' p casū foꝛtuitū ī eius psona cōtingētē: ꝛ sic tenet̄ pensionem remittere vel reddere p rata tpis quo nō p̄stitit eas. Si aūt p cōductoꝛem sic locatoꝛ mercedē totius tpis ꝯsequtur: siue stet p cōductoꝛē pure: siue p casū foꝛtuitū p eū cōtingētē. ff. loca ex cōducto. in tex. ꝛ glo.

Circa sterilitatē ho ꝛ vbertatē rei ꝯducte sic distinguc. ſ. q̄ cōductoꝛ pter sterilitateз aut afficit dāno paruo: ꝛ tūc nihil remittitur. Aut magno: ꝛ hoc vel casu foꝛtuito: vel culpa coloni: vl' vitio rei. Si pmo modo: pensio remitti debet pro rata. ſ. in toto vel in parte: ita q̄ ſi nihil recipit nihil soluat: nisi sterilitas per vbertatem anni proximi pcedentis vel sequētis possit cōpēsari. Tunc enī integra pensio illius āni quā remiserat poterit exigi: nisi aliud in locatiōe ſit actū. C. e. licet. ꝛ ex̄. e. pp̄ sterilitatē. Vn̄ vbertas āni interpolati nō p desse sed nocere videt̄. Si vero h̄ contingat ex vitio rei cōducte: h̄ pōt eē vel sine culpa vel cū culpa coloni. Si sine culpa vt quia terra nō pōt sustinere magnā siccitatē vl' pluuiā: ꝛ colonus nō pōt occurrere qui suffocetur. Tunc idē est qđ in pcedenti casu. Si vero cū culpa coloni: vt q2 herbas pestiferas nō extirpauit vl' similia: nō remittit̄ pēsio. ff. e. ex cōducto. §. i. Dicit̄ aūt sterilitas ſm aliquos: cū nō pcipit etiā semē: vt in. §. pdicto. Gof. vero ꝛ Jo. intelligūt sterilitatē ꝛ vbertatē ſm vulgi opiōnē: vt cū dicūt hoīes cōiter bonū tp̄s ē vel malū. ff. de fū. instru. l. de latione §. l3. Similiter de vbertate dicēdū est: q̄ ſi cōtingat casu foꝛtuito: augēda ē pensio. Si vero diligētia coloni: nō ē augēda: ar. ff. e. ex cōducto. §. i. Hec Ber. ex̄. e. pter sterilitatē. Hec aūt q̄ dicta sūt intelligant̄ de colono: q dat ānuatim certā quātitatē pecunie vl' etiā certos coꝛbes: nō aūt de pecūie pretiario q dānū ꝛ lucrū partit̄ cuз dn̄o. ff. e. ſi merces. §. apparet. Nō etiā q̄ sic remittit̄ pensio pp̄ casū foꝛtuitū: sic etiā pp̄ necessariā refectōeз edis. ff. e. l. sed addes. Vn̄ ſm Hosti. in sū. ſi cōductoꝛ fundi aliqd necessario vel vtiliter expendit augendo vel edificādo: vel instruēdo aget ꝯ locatoꝛē vt illud recipiat: l3 nō conuenerit: ꝛ p doli exceptionē. sūptus retinere poterit. Quid ſi qs locauit saltū pascui ī quo crescit herba pestifera: ita q̄ inde pecoꝛa fiūt moꝛbida vel deterioꝛa. R° Talis aut locat sciēter: ꝛ tūc tenet̄ ad interesse. Aut ignoꝛāt ꝛ tunc non petet pensionē. ff. e. sed addes. §. i.

Sciendū aūt: q̄ ius ciuile sicut in emēdo vel vendendo concedit qđ pluris est minoris emere: ꝛ qđ minoꝛis pluris vendere: ꝛ ita se inuicē decipe circa dimidiū iusti pcii: ita etiā in locādo ꝛ ꝯducēdo. ff. e. l. itē ſi pcio. Secus aūt ē ſm ius diuinū ꝛ ius naturale. Videtur

etiā Jo.io.q.z.§.hoc ius.sentire hoc illicitum esse:lȝ lex ꝯ videaẽ concedere. Quid si qs locet rē suā tali pacto ꝙ si qualitercūq; pdaẽ recupet eius valorē. R° Dicūt aliqui:ꝙ est ibi vsura:qꝛ res extimata loco pecunie inter cedit. Vñ nō est ibi vere locatio : qꝛ locatoꝛ rem suo piculo tradit:ꝑ qua mercedem sibi cōuentam recipit. Hic vero cōductoꝛ rē suo piculo accipit:ꝛ insup mercedē addit:vt si mi hi equū loces vsq ad certū terminū q valet io.lib.ꝛ ego tibi teneoꝛ in.io.lib.si pierit equ⁹ quocūq3 modo:puta si etiā pierit morbo vel fulmine. Si eni conductoꝛis culpa vel negli gētia pierit:nō est dubium quin eius valorē restituere deberet. Quid si locaui alicui bo ues meos custodiēdos:data sibi certa merce de:ꝛ tempoꝛe noctis eos in pascuis dimisit ī quibus alia aīalia dimitti solebāt. Venit āt fur vel lupus:ꝛ eos abstulit vel occidit. Nū quid custos ille mihi teneẽ. Videẽ ꝙ sic: qꝛ mercedē ꝑ custodia recipit. Ergo de piculo cōueniẽ.ff.loca.qui mercedē. Debuit eni eos custodire ꝛ nō sine custodia dimittere:ar.ff. cōmo.l.si vt certo loco.§.custodiā. Et certa ī culpa eēt si custodē minus bonū reliquisset. ff.de pscrip.v.apud labeonē.quanto magis si nullū reliqt. Diligentius eni eos custodisset nisi in eo cōfisus fuissem. Nō igiẽ debeo ī ꝯ eius spe decept⁹ esse. Ecōuerso videtur: qꝛ ibi ꝛ alij sic eos dimittere solēt. Ergo si sic fe cit satis est.C.de.pig.ac.pignus. Diligēs eni fuit sicut alij. Securus igiẽ debet esse.ff.ō cō trahen.empt.qō sepe.§.si res. Credo ꝙ ex cusatur a mala opinione q opinatus ē quod alij opinanẽ Ergo innocens ē a mala eius cu stodia q custodit sicut alij vicini custodiunt ar.C.de testa.l.i. Et maxime quo ad hoc va let si dñs boū in illis pascuis boues suos ali unde sine custodia dimittebat: ar.ff.de pig. obli. P:qñ quis legat nūmos nūmi illi de beñẽ qui in cōsuetudine habenẽ. Ergo q cu stodire ꝑmisit de custodia ꝑmisisse videẽ q̄ in regione illa fieri cōsueuit:ar.ff.de reg.iur. semꝑ Hec Mar. Esto ꝙ facultates ecclesie q̄ dare debēt ānuatim pensionē sint augmen tate nūqd debet pensio augeri. Rñdet Ber. ex de pac.cū clerici.ꝙ nō.si diligētia sit dāno sa.C.de allu.l.vlti. Si āt aliunde sint augmē tate pōt ꝛ debet pensio augeri:qꝛ iusta cā sꝯ est augēdi:ar.ex.de cēsi.quanto. De hoc etiā habeẽ.e.ti.c.ꝑhibemus.in glo. Quid si qs locet vas vitiosum. R° Teneẽ ad interesse siue fecerit ꝯ scienter siue ignoꝛāter. Secus ē de vase vitioso cōmodato:vbi tñ sciēs ad interesse teneẽ:vt in.§.pdicto. Quid si qs locet ecclesiā suaȝ ad aliqō tps sub censu an

nuo:ꝛ infra tps illud moꝛiatur. Nūquid suc cessoꝛ cōtractui stare teneẽ. R° Si pecunia iā soluta cōuersa fuit in vtilitatē ecclesie: teneẽ ratū hr̄e. Si nō:nō teneẽ:nisi foꝛte impetratū eēt a pricipe ꝑpter studiū vel aliā cām.C.de his q ve.eta.ipe.l.i. Hec Hosti.ex ne pla.vi. su.c.z. Esto ꝙ aliqs cōueniat cū ecclesia ali qua ꝙ molendinū eius.s.ecclesie ppetuo sibi ꝛ sue familie molat:cōstituta sibi certa pensi one:postea decedens relinquat filios plures quoꝛū quilȝ tātā a miliā habet quātā hēbat pater. Nunquid ecclesia tenebiẽ oībus illis molere:cum sint oēs de familia defuncti. R° Obseruandū ē qō actū est. Qō si nō appeat ecclesia non tenebiẽ vltra illud qō defuncto tenebaẽ. Vñ tantū molet oībus heredibus q̄tū molebat defūcto:qꝛ nō ē verisimile ꝙ ecclesia se obligaret ī infinitū.ff.de picu.ꝛ cō. si quis vina. Hec Bar.ī qōnib⁹ suis. Quid si quis locet hoꝛreū ꝑponēs se nolle in picu lo suo recipe aurū argentū ꝛ hi⁹:ꝛ postea sciē ter patiaẽ hec inferri. R° Obligatus erit ac si ꝑpositū renuisisset.ff.e.cū in plures.§.locatoꝛ

Quid si quis locet fundū ad meatū alicui colono:ꝛ ipe colonus seminet ipm:ꝛ locatoꝛ eum vendat. Nūquid emptoꝛ poterit colo num expellere:ꝛ omnes fructus colligere. R° ꝙ nō sed colonus medietatē habebit. Si vero emptoꝛ oēs fructus pcepit:colon⁹ aget ꝯ vēditoꝛē.ff.de le.i.nihil.in fi. De colono ta men fisci est spāle ꝑuilegium fisci. Hec Guil.

Quid si quis locet fundum alicui ad me diū nulla facta mentione de arboꝛibus. Nū quid colonus aliquā partē habebit fructuū. R° ꝙ non:sed locatoꝛ habebit eos oēs.ff.de vsuris.fructus. Et si colon⁹ arboꝛes destru at teneẽ. Si aūt aliqs eius arboꝛes odio eius excidat:eius culpe imputaẽ.ff.e.si merces.§. culpe. Quid si scriptoꝛ alicui operas suas locet ꝛ postea ꝑ mēsem stet ꝙ nō scribat: qꝛ ille nō dat sibi ab scribendū. R° Si talis inte rim opas suas nō locet pōt petere interesse illius mēsis.ff.e.qui opas. Si aūt locet nō pe tet.ff.e.sed addes. Hec Guil. Quid si qs locauit opas suas duobus. R° Satisfaciat ꝑ ff.e.in opis. Quid si qs cōduxit vasa trāf poꝛtanda:ꝛ illa frangantur. Nunquid teneẽ R° ꝙ vel frāguntur culpā sua:vel eoꝝ quoꝝ vtitur opa. Et sic teneẽ. Vel adhibuit tantā diligentiā quā paterfamilias diligēs adhibe ret. Et sic nō teneẽ.ff.e.si merces. Itē si qs accepit ad poliendum vestimēta mea:ꝛ mu res roserunt ea de culpa teneẽ. Et similiẽ si vitulos ad pascēdū vel gemmā ad sculpēdū vel includēdū teneẽ:nisi vitio materie fran gatur. Tunc eni nō tenetur:nisi ꝑ pactū spāle

Similter auriga si quis dum currū nimium extēdēdo: alios ire nō pmittit ipm currū euertit: 7 seruū vel bouem occiderit tenet ex locato. Debuit enī tēperare currū 7 volūtatē suam. Et hec etiam pbantur. ff. e. l. i. Quid si vnus magister conduxit scholas: 7 alius postea scholas illis ita propinquas: q voces eorū adinuicem confundantur. R° Primus expellet vltimū. C. de stu. li. vr. rome. l. vnica li. xi. Et hec cā tractari pōt in ferijs messis. Hec Hosti. ex. e. de iudi. significauerunt.

Utrū lite pendente conductor debeat soluere pensionē. Rñdeo q sic: 16. q. 4. volum⁹. Sed contra ar. C. de agri. 7 cen. litibus. li. xi. vbi dicitur: q lite pendente colonus denegat dño pensionē. Rñdeo. Qñ ē contentio inter dñm 7 colonū: vt qr colonus negat ei dare pensionē quā petit dicens: eū nō esse dñm q sibi rē ab initio dedit: tunc pensio sequestrat qr dñs ē suspectus: nisi colonus soluisset lōgo tpe pensionē. Si vo sit cōtentio int dñm 7 alium: tunc non fit sequestratio pensionis: qr lite pēdente nihil ē īnouandū ex. e. scʒ vt lite. pen. c. i.

Equitur videre de 8°. s. que actiōes nascantur ex locato 7 cōducto. Circ qd sciendū: q ex hoc cōtractu nascūtur due. s. actio ex locato que datur locatori 7 in hac venit pmo merces soluenda de qua cōuenit. Ueniūt 7 alia de qbus actū ē supra in tractatu: vt. C. e. legē. Et actio ex cōducto que dat cōductori. vt ibidē. Et quidē si conductor fuerit bonefidei habet actionē cōtra locatorē alienātem. iz. q. z. vulterane. Si aūt malefidei: tunc nō habet. 16. q. 3. §. itē decime. sup vbo vniuersas terras. nisi de euictiōe pspexerit sibi. C. de euic. si fundū. Ad hoc nō q locatio facta nō pbat dñium nec possessionem. ex de fi. instru. inter dilectos. Et ī iō qr etiā cōductor locare pōt rem cōductam si nihil aliud cōuenit. ff. e. qui insulā. Et hoc ītelligitur fm glo. de eque idoneo 7 ad eūdē vsum. Itē conductor nō pōt litigare cū locatore de pprietate rei locate: puta domus nisi pus possessionē restituat locatori. C. e. si quis cōductionis. Insuper nō: q dñs habet ius hypothece in re locata. Si enī locet pdiū rusticū: oīa inuecta 7 illata tacite obligantur dño: si eo sciēte sint intromissa. Si aūt pdiū vrbanū: obligat. Hoc intelligūt qdam etiā si septē ptes pierūt. Alij vo hec intelligūt si medietas remanserit. Qd ē equs fm Hosti. ar. ff. si vsufruc. pe. l. 7 ptis. etiā dño ignorante. C. e. certi. Dicit aūt pdiū rusticū qd est sine oī edificio: pter domūculā p fructuū repositione. Urbanū vo dicit vbi est edificiū ad habitandū. Et etiā pōt esse in villa sicut in ciuitate: etiā pōt eē pdiū rusticū. s. ad vsus rusticanos: vt ad custodiendum oues 7 boues. ff. de v. sig. vrbana.

De empbiteosi tiutulus. i5⁹.

Einde osideran/

dum est de cōtractu q dicitur empbiteosis: qui qdē ē mediū int cōtractū locatiōis 7 venditiōis: vt in sequētib⁹ patebit. Est aūt nomē grecū. Et ind empbiteoticus ca. cū. Inde cōtractus empbiteoticus cōcessio empbiteotica: instrumētū empbiteoticum. Et inde dicitur empbiteoticarius aria ariū. 7 sumit p illo cui concedit in empbiteosim. Et inde etiā p codē: hic 7 hec empbiteota. Et inde etiā hoc verbum empbiteoteco tecas: care. i. in empbiteosim cōcedere. Uidendū est igit qd sit empbiteosis. Secūdo ī qb⁹ cōsistit. 3° qualiter contrahit. 4° qd dñs ibi cōcedat retineat recipiat: 7 qñ pōt empbiteotā expellere. 5° vtrum empbiteota suas meliorationes 7 sua empbiteoniata possit destruere. 6° in qbus cōuenit cū venditione 7 locatione: 7 in qbus differt ab eis. Circa pmū sciēdū: q cōtractus empbiteosis ē cōtractus meliorationis: ppriā habēs naturā suis pactionibus fulciēdā: lʒ venditioni 7 locationi multū similē. Iste enī cōtractus fuit inētus pcipue vt ocederet ad tps res sterilis alicui: qui diligēter eā excolendo melioraret 7 fertilē redderet: fructus sibi interim applicādo. Empbiteosis enī grece melioratio dicit latine. Uñ olim empbiteoticabāt tm sterilia nūc empbiteoticant etiā fertilia. C. de sac. sā. ec. auc. ppetua. Uñ alio mō pōt dici empbiteosis possessio rei īmobilis ad certū tps alteri facta cōcessio: dño pprietate retēta sub cōditiōe pēsiōis ānue: 7 renouatiōis finito ocessiōis tpe faciēde. Et ille ōctus fm diuersarum terrarū diuersas cōsuetudines diuersis noīb⁹ nominatur. s. empbiteosis: precaria. libellus concessus: fiscum. 7 pluribus alijs. Et fulcitur diuersis pactionibus fm diuersas contrahentiū voluntates. Et fm hunc modū pōt dici empbiteosis ab en qd ē fides: 7 thesis quod est positio: quasi in fide. i. in bonefidei contractu positio.

Irca zm sciēdū: q consistit cōtract⁹ iste tm in rebus īmobilib⁹ vt in auc. de alie. empbi. contractu scilicet. §. licentiam.

Irca tertiū sciēdum: q contrahitur cōtractus iste scriptura interueniēte

non aliter: vt. C. de emp. iure. l. i. Et pōt contrahi i ppetuū. i. sine tpis pfinitione: vel ad certum tps: vel vsqꝫ ad certam psonam ꝛ generationē. s. secūdā vl' tertiā: hoc est vt res sit penes emphiteotā: ꝛ secūdū ꝛ tertiū successorē. Pōt etiā ꝯbi sic: vt cū ad quartā psonā peruenerit: reuocatio fiat. Cōtrahit etiā sic: vt tpe cōcessiōis aliqd p cōcessiōe dn̄o det. Itē nouus emphiteota pōt i possessionē induci per dn̄m: nō p aliū. C. de emphi. cō. l. vlti. in fi.

Circa quartū sciēdū: q i ꝯctu isto cōcedit sola possessio nālis. Dn̄s aūt i se retinet dn̄ium ꝛ pprietatē: ꝛ habꝫ ciuilē possessionē. Et hinc ē q emphiteota dꝫ dare dn̄o ānuatī pēsionē: vt insti. de loca. §. adeo. Debet aūt solui sēp tota cōuenta pēsio: nisi res peat ex toto. C. de. emphi. iure. l. i. Sciēdū aūt fm Hosti. in sū. q i h ꝯctu venit culpa leuis cū vtriusqꝫ gra celebret: lꝫ aliq cōtrariū dixerit. insti. q mo. re cō. ob. §. fi. Et lꝫ de dāno dato ab alio nō teneat: tenet tn̄ d custodia. ff. e. sed de dāno. ꝛ. l. q mercedem p custodia recipit. Tenet etiā de leuissima culpa. Et idē fm Jo. ꝛ Azo. ꝛ fm Ber. ꝛ Inno. ex de reg. iu. sup. c. q̄uis. si dicat amissā ouem ei pbatio icūbit q dolus accreuit: cū ali⁹ q dolū allegat dolū pbare debet. ff. de pba. q̄tiens. Et idē dicit Hosti. ibidē in glo. Sed casus fortuitus non venit in h ꝯctu nisi p spāle pactū: vt dicit Hosti. etiā i sū. Itē licet dn̄o sua auctoritate expellere emphiteotā ꝛ eius successorē: si p triēniū cessauerit soluere pensionē. Sed ecclesia ꝛ sil'r fiscus pōt expellere eū: si cessauerit p biēniū: nisi celeriter post bienniū satisfecerit. Nec obstat si dn̄s ei nō denūciet: q soluat: qꝛ statuta dies p dn̄o interpellat: ex de loca. ꝛ conduc. potuit. Et illud modicū tps qd dat sibi post biēniū nō est in iure taxatū: sed ē arbitrio iudicis relictū: ex de offi. dele. de causis. Si etiā emphiteota soluere pmisit penā si nō soluerit pensionē: ꝛ dn̄s penaꝫ petierit nihilomin⁹ eū expellere poterit: ar. ff. de transac. q fidē. Meli⁹ tn̄ facit si eū auctoritate iudici expellit. Si tn̄ emphiteota alij possessiōeꝫ tradidit: vl' ab alio expellit nō deijciat dn̄s possessorē auctoritate ppria: ex de locato: ꝛ cōduc. potuit i glo. Itē si emphiteota cessauit p biēniū: ꝛ tāto ampli⁹ q nō possit purgare morā: si dn̄s postea pensionē recepit eū expellere non poterit: qꝛ iuri suo renūciauit. Sil'r si platus de consensu capituli recipiat pensionē non pōt eū expellere: sed si solus platus h faciat: nō obest ecclesie qn eū possit expellere: nisi postea capitulū cōsensisset. Itē vnus solus psbyter sine rector in ecclesia vel capella si recipiat pensionē: credit. Ber. idē. s. q āmodo nō poterit emphiteotā expellere Si tn̄ corā alijs pēsionē cū ptestatione dicēs: saluo iure meo recepit: tūc expellere poterit: qꝛ etiā si eū expellere vellet nihilominus pēsionē petere posset. io. q. z. h ius porrectū. Itē si plures sint coheredes: ꝛ oēs pēsionē soluāt pt' vnū: non pīudicat soluentibus: dūmodo soluāt totā pensionem: ꝛ postea agēt ꝯ nō soluētē. Hec oīa ex de loca. ꝛ cōduc. potuit. in glo. Itē si emphiteota reꝫ ecclesie cōductā vel in emphiteosim acceptā deteriorauerit: vel p bienniū pensionē nō soluerit: expelli pōt: ita tn̄ q soluat totius tēpis pensionē ꝛ resartiat rei lesionē: nō repetitur⁹ si qd impēdit i meliorationē. io. q. z. §. h ius.

Itē si emphiteota pbet p duos pxios annos in ecclesiasticis: vel p tres i secularibus pensionē soluisse: lꝫ antea p io. ānos nō soluerit: expelli nō poterit. C. de appel. l. pen. in fi. Hec Hosti. Iteꝫ si qs stans in fundo p tres ānos pensionē soluat: fundū sibi cōcessū in emphiteosim sufficiēter pbat. C. de fun. do. p totū. Hec pe. d san. Quid si emphiteota fundū quē ab ecclesia habuit emptori bone fidei vēdidit: ꝛ tn̄ p 60. an. pēsionē ecclesie soluit. Nūqd. n. ēptor pscriptōe tut⁹ erit si fūdū ecclesia repetierit. R° q nō: qꝛ ecclesia in culpa nō fuit cū vēditionē ignorauerit. Et optionē habebit ꝯ quē pmo agere velit. C. si tu. ꝛ cu. interue. l. vlti. Hec Bar. i questionib⁹.

Circa 5m sciēdū: q hi⁹ ꝯctus nā ē q emphiteota meliorationes suas vendere pōt: ita tn̄ q pmo requirere debꝫ ab ecclesia an velit ius suū emere. Et debet ei dicere quātū pōt ab alijs habē. Et si ecclesia dixerit q nō vult emere: pōt alijs ius suū vēdere. Si aūt ecclesia nihil dixerit: expectare dꝫ ecclesiā p duos mēses: qb⁹ elapsis vēdere poterit alijs: dūmodo nō vendat illis q emere phibent: vt serui ecclesie ꝛ capitanei ꝛ oēs maiores psone q̄ de facili nō pn̄t conueniri: puta nimis paupes: nimis potentes: vn̄ ecclesia possit pīudiciū pati: vt ex de locato. ꝛ conduc. c. vlti. in tex. ꝛ glo. Et si emphiteota aliter fecerit: ius suū pdit. Item emphiteota pōt sine consensu dn̄i sui emphiteosim donare: ꝛ etiā pignori obligare: si tn̄ nō satisfecerit de cautione: soluit pignus. vt ibidem.

Circa sextū sciēdū: q ꝯctus iste ꝯuenit cū emptiōe: qꝛ vtrobiqꝫ qn̄ ꝯbit aliqd dat. Cū locatione vo cōuenit qꝛ vtrobiqꝫ dn̄ium retinet ꝛ ānuatim aliqd pcipit. Differt aūt a venditiōe: qꝛ trāsfertur ibi dn̄ium: hic nō. Et ita vt dicit Ber. magis accedit ad naturā locatiōis. Propt qd Ber. c. potuit. Qd est de emphiteosi magis ponit

in titulo de locato et côduc. qr côuenit cũ eo. A locatione vero differt: qr ibi pensio in certis casibus minuit et augetur: hic nec augetur nec minuit nisi res oĩmode distrahat. In locatione etiã côductor regulariter nõ habet i re nomen: nõ vendit nec vendicat rẽ: sed emphiteota põt rẽ vendere: et habz vtilẽ rei vendicatiões: vt. ff. d pig. ac. tutor. §. vlti. Differt vo ab vtraqz sit. s. venditione et locatiõe: qr vtraqz harũ ẽ de rebus imobilibus et mobilibus et se mouentibus: et in neutra scriptura regrit: sed ille ɔctus ẽ tm̃ de imobilibus. Nec fieri põt sine scriptura. Hec Ber. ex̃ de loca. c. vlti. Itẽ in emptiõe pciũ: et in locatiõe merces requirunt in pecunia: sed in hoc ɔctu pẽsio põt esse i pecunia et q̃libet re alia: vt patz ex supradictis. Predicta aũt oĩa emphiteosi côueniẽter adaptãt siue celebret ab ecclesia siue a seculari psona. Vnd si aliqua pacta de voluntate partiũ nõ appareãt: tacite itelligũtur facta ea q̃ supradicta sũt de ɔctu hu9: naz tacite intelligunt eẽ facta. Si qua etiam alia pacta inter ptes fuerint côuenta: oĩmode sũt seruãda. C. e. l. i. Sed pter pdicta requirũtur aliqua specialia in emphiteosi ecclesie. s. q fiat ex cã vtili et necessaria: et q interueniat cõsensus epi et etiã capituli. Sed de hoc dicet plenius infra li. 6. ti. de alie. re. ec.

De cõmodato titulus. 16.

Postea ɔsideran

dum est de cõmodato. Et pmo q dem qd ẽ cõmodatũ et vñ dicitur 2° in qbus rebus cõsistit. 3° inter quos iste ɔctus põt celebrari. 4° in qbus cõmodator et cõmodatari9 adinuicẽ tenet. 5° qd iuris de eo q cõmodat vasa: vel etiã pondera vitiosa. 6° que actiões nascuntur ex hoc ɔctu.

Circa pmũ sciẽdũ: q ɔmodatũ ẽ alicuius rei ad aliquẽ vsũ spalem gratuita facta côcessio. Ideo dicit côcessio nõ traslatio: qr commodãs: rei dñiũ et possessionẽ retinet: et solũ vsum côcedit: vt. ff e. rei cõmodate. Ideo dr gratuita: qr si interueniat pecunia erit locatõ si res alia: erit ɔctus inoiatus: vt insti. man. §. vlti. Ideo vo addit ad aliquẽ spãlem vsuz: qr vsus ad quẽ fit debet expmi: vt cõmodo tibi equũ vt eũ ducas ad bellũ: vel ad villã: cõmodo tibi librũ vt exemples aliũ vel corrigas tuũ. Vñ dicit cõmodatũ q̃si vtẽtis cõmodo datũ. Vñ reuocari ñ põt: nisi expleto vsu ad quẽ est factũ. Et in hoc differt a pcario: qd fit sine pfinitiõe vsus certi. Vñ potest q̃ñcũqz reuocari: vt. ff. e. in cõmodato. §. sicut hec oĩa. Ber. ex̃. e. c. vnico.

Irca 2m sciẽdũ: q cõmodatum cõsistit in rebus mobilibus et se mouẽtibus: et imobilibus. Itẽ i icorpalib9 vt i seruitute habitãdi: vt. ff. e. l. i. Ea vo que vsu cõsumũt: et q̃ cõsistunt i numero põdere et mẽsura nõ cõmodari sed mutuari dicũt: et in h differt a mutuo commodatũ. Predicta tñ cõmodari pñt ad põpã: vt. s. qs ditior videat. ff. e sed mihi. §. vlti. et ex̃. e. i glo. Vñ panis ipprie dr cõmodari fz Accur. Põt ẽt qs cõmodare ñ tm̃ sua: sz ẽt aliẽa q̃ possidz: si aliẽa sciẽter possidet ita q sit fur vl pdo et ɔmodauerit: actionẽ hẽat cõmodati. ff. e. cõmodare.

Irca tertiũ sciẽdũ q põt cõmodare et ei cõmodari q põt ɔhere. Vñ non tm̃ platus põt hoc sed etiã Yconomus. Nã ɔhere põt. io. q. z. hoc ius.

Irca 4m sciẽdũ: q nã cõmodati est vt ipa res restituat. Hoc eni ẽ d iure naturali. di. i. ius nãle. Nec põt ptextu debiti retineri: vt. C. e. l. vlti. Si tñ ɔmodatũ ɔsistat i pecũia: et debitũ ifra duos mẽses pbari possit: admittit cõpẽsatio. insti. d acti. §. i bone. Eadẽ iquã res dz reddi. Vñ vsus. Mutuo vult similẽ: ɔmodatũ q̃rit eadẽ. Eãdẽ inqz res nõ deteriorata: alit nõ videt reddita et iõ pstabit interesse. ff. e. si mihi. §. i. Si vo res nõ restituat p cõtumaciã iurabit i litẽ cõtestatã ɔ cõtumacẽ. Si aũt nõ fuerit ɔtumax sed culpa cassat rẽ restituere: extimabit quãti sit res a tpe more vsqz ad sniam: sed i iudiciis stricti iuris extimaret a tpe more vsqz ad tps litis cõtestate: vt in di. 54. hac auctoritate Hec Gof. Sed qd erit si res penes ɔmodatarium peat: vel deterior fiat. Rñ fm Gof. et Ber. Aut accipit qs cõmodatũ gr̃a sui. Aut gr̃a cõmodãtis. Aut gr̃a vtriusqz. Si gr̃a sui qd frequẽti9 ɔtingit: tũc tenet de dolo et lata culpa: et leui et leuissima: qr debuit i ɔseruando rẽ adhibere curã magnã: et etiã maiorẽ q̃ de reb9 suis adhibere solebat: si ali9 diligẽtius rẽ illã custodire poterat. Pone de pdictis exẽpliũ. Cõmodatarij dolo puit qñ fraudẽ cõmisit vt equ9 cõmodat9 sibi surripet. Ei9 lata culpa fuit qñ equũ ex̃ domũ i nocte religt. Et cõparat hoc dolo. ff. mãdati. si fideiussor. Leuis culpa fuit si equum in domo posuit: domũ tñ apertã dimisit. Leuissima culpa fuit si domũ clausit: nõ tñ bñ iterius firmauit. In his oĩbus tenet dño ad extimationẽ rei cũ accessib9. s. fetibus. partubus. et fructib9. ff. e. in rebus. De casib9 aũt fortuitis quos etiã diligens et fidelis homo prouidere non possit cõmodatarius nõ tenet: nisi in tribus casibus. Vnus est si casus ille sua culpa accidit

vt si equū tibi cōmodaui ut duceres ad villā ⁊ duxisti ad bellū. Et iō si aliquo casu equus perijt piudiciū tuum erit. Culpa enī tua casū pcessit. Similiter si rem ɔmodatā remisisti p nunciū non idoneū teneris: sed non teneris si idoneus fuit: licet ɔ̄riū euenerit. ff. c. argen tū. Et idē est de deposito. Sz in mutuo tene ris: extra de pig. significāte. Cuius ratio ē: q2 qui cōmodat vel locat vel deponit: rei ꝓprie tatē ⁊ possessionē retinet. Et iō cuz eius cui credit nūcius idoneus pecuniā deportat: pe cuniā cōmodātis vel deponētis deportat. Sed in mutuo dn̄ium transfert: ⁊ iō si pecu nia pdit: ei qui eā mutuo accepit pdit. Scōs casus est: si pactum interuenit. Tūc .n. de casib9 certis ⁊ determiatis ⁊ in pacto expressis tenet. Casus .n. fortuiti debēt in pacto spāliter exp mi fm Ber. Scōm vero Hosti. qn̄ aliqui ca sus specificant: ⁊ postea gnālis clausula seqt tunc de omni casu fortuito tenet: cū vix pos sent oēs casus specificari. Aliqui tn̄ dicunt: ꝙ si ɔtingat alius casus a specificatis ⁊ nomi natis: nō tenetur: lz etiā clausula gnālis sub sequatur: vt. ff. de cauti. sz ⁊ si quis. §. q̄situm. Guil. vero naso. distinguit. s. q2 aut p ɔmoda tariū stat quomin9 oēs casus numerarent puta q2 dicit. Longū eēt oēs casus numera re: ō omibus ego volo teneri. Et tunc ō omi bus tenetur. ff. si cer. pe. cū quid. Aut nō stat p eum: sz commodans dicit. volo ꝙ tenearis mihi ō tali ⁊ tali casu enumerans quosdam. Et postea subdit. De oib9 volo ꝙ tenearis. Et tunc de numeratis tm̄ tenet: q2 illa clau sula gnālis tm̄ ad specificata trahit. ff. de trās acti. cū aquiliana. Si vero dicat: volo ꝙ te nearis de oī casu fortuito: tunc ō nullo tenet Et idē est de conductore. Tertius casus ē si mora pcessit casum: ex̄. eo. c. vno. In pdictis tribus casibus tenet cōmodatarius ō fortui to casu: etiā si apud cōmodantē res eodem modo fuisset peritura. ff. de lega. i. cū res. Si vō quis accipit cōmodatū gratia cōmodātis qō raro accidit: ut cū quis ornamēta cōmo dat sue sponse vt ornatior dicat: tūc tenetur tm̄ de dolo ⁊ lata culpa. ff. e. l. si vt certo loco §. interdū. Si aūt cōmodatū fiat gr̄a vtriusq3 s. cōmodātis ⁊ cōmodatarij: vt cū cōem ami cū inuitamus: ⁊ tu curā eius rei suscepisti: et ego argentum eius tibi ɔmodaui: teneris de dolo ⁊ lata culpa ⁊ leui: sed non leuissima. ff. e. in rebus. §. i. Itē ɔmodatarius tm̄ illos casus non pstat qbus resisti non pōt: vt sunt mortes aialium q̄ sine dolo ⁊ culpa eius acci dūt: latronū hostiūq3 incursus: piratarū isidie naufragiū: incēdiū: ⁊ hi9. Et qō dictū ē de la tronibus piratis ⁊ naufragio verū est si res ad hoc sit alicui ɔmodata: vt eā secū pegre fe rat. Sed si alicui argētū ɔmodaui: q2 se ami cos inuitasse dixit: ⁊ ipse secū pegre tulit: deb3 casus piratarū latronū ⁊ naufragij sustinere. ff. e. in rebus. Itē si ɔmodatarius in re ɔmo data impēsas fecerit: retentioni locus erit. pu ta q2 equū saluari fecit. Vn̄ aget ad recupan das expēsas. Maiores intellige: modice enī expēse vt cibarioꝝ ptinēt ad eū. ff. e. in rebus §. possūt. Item si res ɔmodata tradit exti mata: tunc p extimatiōem adijcitur gradus: vt si cōmodatarius tenebat tm̄ de lata culpa modo tenebitur de leui. Si de leui mō tene bitur ō leuissima. Si ō leuissima modo tene bitur de casu fortuito. ff. eo. l. si vt certo loco §. nunc videndū est. ⁊. §. ɔmodatū. Hec Ho sti. extra. e. c. vno. Item illi q rebus ɔmoda tis aliter vtūtur q̄z eas ad vtendū accepūt: si dn̄o nolente hoc faciant: vel etiā hoc domino inuito se facere credant: furtū ɔmittūt. Si āt hoc dn̄o volente faciant: vel etiā si hoc non inuito dn̄o facere se credant furtum nō com mittūt: vt insti. de obli. que ex delic. nas. §. pla cuit. Nota ꝙ tūc furtū non dicit fieri: quā do non datur actio furti: fit tm̄ furtum fm ali quos: fm vero alios non fit furtum. Aliq vō sic distinguūt in casu quo credit dn̄o displice re. s. ꝙ aut vere displicet domino. Et sic ille furatur: ⁊ furtū fit. Aut placet ei. Et tunc iste furat: nō tm̄ fit ibi furtū: q2 nō cōtrectatur ibi res aliena inuito dn̄o: qō ē de rōe furti. Fura ri vero dicit ɔtrectationē rei aliene: sic qn̄q3 aliqs mētit: nō tm̄ dicit mēdaciū.

Irca quintū qō ē de vasis ⁊ ponde ribus vitiosis sciēdum ē. ⁊ primo de vasis: ꝙ qui sciēter vasa vitiosa com modauerit: si sit effusum vinum vel oleū vel corruptum: tenetur de effuso vel corrupto vt ibidem. Secus ē si ignorāter hoc fecerit. ff. e. l. penul. ⁊ extra. e. in glo. Circa eū vero q cōmodauit pondera vitiosa sic distinguit Hosti. s. ꝙ si ignorat ea vitiosa: nulli tenetur ff ɔmo. in rebus. Sed locator etiā ignorans tenet. ff. loca. ⁊ ɔduc. sed addes. Si vō sciat ⁊ cōmodet emptori scienti: ⁊ venditor decipia tur: tunc si dn̄ium non sit translatum: tm̄ emp tor facit furtum: ⁊ etiā cōmodans opē feren do. Et ideo cōueniri pōt a venditore actiōe furti ⁊ condictione furtiua. Sed si dn̄ium sit trāslatū ⁊ emptor sit soluendo: vēditor aget ɔtra eum: q2 scienter plus iusto accepit. Sed si emptor nō sit soluēdo: aget ɔtra cōmodan tem actiōe de dolo. Et idē ē in casu pcedēti: si emptor nō sit soluendo. Si aūt emptor sit deceptus qui sciēter recipit vitiosa non aget. Et idē ē si vtq3. s. emptor ⁊ vēditor sciebat.

Equit videre de 5°.s.institutōne descēdentium. Circa quod sciendū:q̄ descendētiū siue liberoꝝ quidā sunt legitimi ꝛ naturales simul. Quidā n̄ales tm̄. Quidā legitimi tm̄. Itē eoꝝ qui sūt legitimi ꝛ naturales quidā sūt nati. Quidā nascituri siue posthumi. Item quidā sunt primi gradus vt filij. Quidā secūdi vel vlterioris vt nepotes ꝛ deinceps. Primo aūt dicendū est de institutione liberoꝝ naturalium ꝛ legitimoꝝ primi gradus. Secundo de institutione liberorum secundi grad⁹. Tertio de institutione posthumoꝝ. Quarto de quibusdam documentis generalibus circa institutionē liberoꝝ. Quito de institutionibus liberoꝝ legitimoꝝ tm̄. De institutione vero siue successione liberoꝝ naturalium ꝛ spurioꝝ vide infra in tractatu de matrimonio.ti.de filijs. De institutione igitur liberorum naturalium ꝛ legitimoꝝ primi gradus sciendū:q̄ testator siue pater siue mater suos liberos legitimos ꝛ naturales masculos ꝛ feminas virgines nuptas ꝛ viduas i ptāte eius exn̄tes ꝛ emācipatos instituere debet vel rite exheredare:aut rite vel legitime p̄terire. Aliter testabit inutilr.insti.de exhere.libe.rn̄so.i.ꝛ.§.nostra v°. Et intellige q̄ feie l3 sint nupte:nihilominus tn̄ de iure romano sūt in ptāte patris:sed de iure lombardorum sūt in ptāte viri:nō p̄ris.insti.de se.cō.tercul.§.postea aūt. Solet aūt queri vtꝝ dotatas debeat instituere tm̄ in dote. R°. Dixerūt aliqui doc.legū q̄ sic. Azo v° ꝛ aliqui alij dicūt q̄ oz instituere nō tm̄ in dote sed etiam in aliquo saltē modico preter dotē. Vn̄ pter piculum hi⁹ dubitationis tutius ē q̄ semp instituant in aliquo vltra dotem:ꝛ sic agere non possunt nisi ad supplemētū si q̄d deficiat de legitima in qua etiā dotē cōputare debent. Nam si ab intestato succedere vellet:eā fratrib⁹ ꝯferent. C.de inoffi.testa.qm̄ nouella. Itē professi i religione debēt institui sicut ꝛ ceteri.C.de epi.ꝛ cle.l.fi.§.h etiā cognitū. Itē licet fili⁹ succedat m̄ri ex testō ꝛ abintestato:pr̄ tn̄ in cui⁹ potestate est fili⁹ habet vsufructū in possessionibus relictis a matre filio:qui etiā oēm diligētiam tuende rei debet habere. Nō tn̄ pōt eam alienare vel donare.C.de in inte.resti.l.i.ꝛ.z.ꝛ ex̄.e.c.cōstitut⁹ in glo. Pone q̄ aliquis habēs filiū ex cōcubina:ꝯbat tn̄ cū alia ex q̄ habet filios:illa vero mortua cōtrahat cum concubina:ꝛ ita filius ei⁹ ē legitimatus:q̄s succedit patri:ꝛ sit cōsuetudo terre q̄ vnus sol⁹ succedat. R̄ndet Hu.ꝛ Bar.in questionibus q̄ succedet ille q̄ primo fuit legitimat⁹.i.de p̄mo m̄rimonio natus. Quid si due matres p eodē filio ꝯtendāt:ꝛ ambe lite pēdente deficiant Nunqd ille petet hereditatē vtriusq̄. R̄nd3 Bar.in qōnibus q̄ nō:sed tn̄ succedet illi q̄ erat in possessione filiationis ei⁹. Si vero neutra possidebat:tūc si velit alicui eaꝝ succedere oportz eū pbare se filiū ei⁹ eē. De istitutōe aūt liberoꝝ secūdi gradus sciendum:q̄ si ego parens masculus vel femina tpe testamenti mei filiū hēo vel filiā siue in ptāte mea siue nō ꝛ ex eo vel ex ea hēo nepotem vel neptem:ꝛ instituā filiū vel filiā:nō oz q̄ de nepote vel de nepte faciā mentionem. Si tn̄ tpe q̄ testor filius meus vel filia p̄mortuus sit:tūc nepotē vel neptē quē supstitem habeo ex ea vel ex eo q̄ emācipato vel emācipata instituam.insti.de here.qua.ꝛ di.§.fin autem ꝛ necessarij. Et idē ē de ceteris liberis. Unde premortuo filio vel nepote pnepos ex nepote natus institui debet.insti.de here.q̄ ab inte.defe.§.ita demū. Idē est etiam de posthumis ꝛ nepotibus ꝛ ceteris liberis vlterioris gradus:q2 si nurus mea ex filio meo p̄mortuo cōcepit:ꝛ tester ea p̄gnāte debeo eū q̄ nascet ex ea heredē instituere.C.de posthu.here.qd creatum. Itē si post meum testamentū filius me⁹ institut⁹ me viuo moriatur ꝛ demū moriar nullo alio condito testamento:incipit nepos natus ex ipo filio in loco eius succedere:ꝛ quasi agnoscendo efficit mihi auo suus heres.insti.de legi.agna.suc.§.primus autem. Et ideo quia in testamento tunc institutus non inuenitur:rumpet testamentum. Idem facit nepos ex filio emancipato premortuo institutus. Sed contra periculum illud habes cōsilium.l.velleiane quo potes dupl'r vti. Uno mō vt filius ꝛ nepos natus ex eo pariter instituantur:alio modo vt filius pure ꝛ nepos sub conditōne instituantur:vt petrū filiū meū:vel eo mihi premortuo

nepotes vel neptes ex eo supstites natos ⁊ po/stbumos mihi heredes istituo. Probāt hᵒ isti. de exhere. libe. §. posthumoꝝ āt. De institutōe āt posthumoꝝ nō ꝑ ad maiorē euidētiā ꝙ po/sthum⁹ dr̄ dupli r. s. stricte: vt ille q̄ ī vita testa/toris ɔcept⁹ p⁹ ei⁹ mortē ē nat⁹. Vn̄ dr̄ posthu m⁹ q̄si p⁹ humū patris natus. Et large. s. ille q̄ p⁹ testm̄ ɔditū viuo ēt pr̄e ē nat⁹. ff. de iniu. ru pro. testa. l. 3. §. i. Hos igit̄ posthumos q̄ rite vult testari debet istituere. Nō aūt pōt eos ex/heredare: cū nullā ingratitudinē ɔmiserit. in sti. de exhere. libe. §. nr̄a vo. Si aūt posthumus ꝑterit⁹ fuerit vt nō instituat̄: ⁊ ipse nascat̄ vi/uus voce emissa vel non emissa: dum tamen constet eum viuum natum: vel ex secto vētre editum integrum: vel non integrum: alias cū spū: tn̄ testm̄ rumpet. ff. de posthu. here. ꝙ dici tur. nisi declinet ad monstrum vel prodigiū ff. de sta. ho. non sunt. Qui autem nascit̄ mor tuus non videtur conceptus. C. e. l. i. Quod autem dictum est de preteritione filij posthu/mi testamentum rumpi: verum est quantum ad institutionem: sed stat firmū quātum ad legata. insti. de exhe. libe. rn̄so. i. Et idem ē de quasi posthumo: vt si testator p⁹ testm̄ aliquē in filium arrogauit. Nā quasi agnitione sui heredis rūpetur testm̄. insti. qui. mo. te. infir. rn̄so. i. Idē etiā ē de eo qui est loco posthu/mi: vt qui in tempore testamēti nō erat suus heres: sed tpe mortis testatoris iuenit̄ suus: vt dictum est in arti⁹ precedēti. Et qd̄ dictū ē de posthumo preterito a pr̄e: idē intellige de po/sthumo preterito a matre. In casu tn̄ posthu/mus nō rūpet testm̄ mr̄is: vt cū mater in puer perio decedit: quo instituat heredes iā natos: presumit̄ nō instituisse eū in cui⁹ ptu decedit ⁊ ideo nō rumpitur ei⁹ testamētū per quere lam inofficiosi testamenti. C. de inoffi. testa. si mater. De generalibus documentis circa institutionem liberoꝝ nota ꝙ si ea que dicta sunt de instituendis vel exheredandis vel pre tereundis liberis non fuerint obseruata: pn̄t ipi liberi diuersis vijs ad testamēta parētū in firmāda venire: vel dicēdo testm̄ ipo iure nul lū: vel petēdo bonoꝝ possessionē contra tabu las testamēti: vel ꝓponēdo querelam inoffici osi testamēti. Nō solū aūt inofficiosum testm̄ reuocat̄ ꝑ querelam: sed etiam inofficiosa do natio ⁊ inofficiosa dos ⁊ inofficiosa venditio quo ad legitimā: vt. C. ð inoffi. do. l. i. ⁊ l. si to tas. ⁊ l. si. Que omnia relinquo iurisperitis gratia breuitatis. Itē si alicui ꝑdictoꝝ libe/roꝝ q̄ necessario sūt instituēdi vel exheredan/di aliqd̄ in testō tm̄ legatū fit: testm̄ n̄ tenebit qꝛ is videtur preterit⁹ q̄ nō ē institut⁹ vel exhe redatus. Preterire. n. est aliquē omittere eo

non instituto vel exheredato. insti. ð here. que ab intesta. de. §. eadem hec. Non tamen dico ꝙ cuilibet predictoꝝ legari non possit: dū tamē sit in aliquo institutus. Sed quid si testātor simpliciter dixerit. Filio meo. C. relinquo cē tū lib. Nunquid valebit testamentum. Hoᵒ ꝙ si testator dixerit. Filio meo. C. relinquo bo/na mea siue dimidiam siue tertiam partē bo norum meoꝝ: tenet testamentum: quia iure institutionis intelligitur esse relictum. Si ve/ro dixerit: filio meo. C. relinquo centū libras vel agrum illum: non tenet testamentum: qꝛ iure legati intelligit̄ esse relictū ⁊ filiū esse pre teritum. C. de here. insti. quotiēs. Itē non re fert in quo vel in quāto aliqs predictoꝝ insti tuat̄ vtꝝ in vniuerso aut in pte vel in re vel in quātitate certa. Et si sit institutus in eo qd̄ est sua portio legitima vel vltra: stabit cōten/tus. Si vero in minori tenet testamētū: sꝫ agꝫ ad legitime supplementū. C. de inoffi. testa. oī modo. Que etiā legitima dicit̄ debitū bonoꝝ subsidiū siue portio debita iure nature. Et est hodie tertia ps hereditatis si sint quatuor fi/lij vel pauciores. Si vero sint quinqꝫ vel plēs ē medietas inter eos eque diuidēda. Unde si qs sit institutus in sua pte tertie partis vl̄ me dietatis stabit cōtētus: alias aget ad supple/mentū: vt dictū est. De eo vero qd̄ supest vlt̄ ptē tertiā vel medietatem testator q̄cqd vult facere pōt. Vn̄ versus. Quatuor aut infra dāt natis iura trientē. Semissē vero dant natis quinqꝫ vel vltra. Arbitriū sequitur substātia cetera partis. Debetur aūt dicta portio tm̄ fi/lijs: ⁊ ipis mortuis debēt nepotibus ex eis le/gitime natis. Nec eis pōt imponi grauamē per legata ⁊ fideicōmissa: pn̄t tn̄ grauari ꝑ debita Non pōt etiā eidē apponi cōditio vel modus ⁊ si apponatur ꝓ non addita habetur. Ad hᵒ nota ꝙ triplex est portio. s. legitima: ⁊ trebelli anica sic dicta a trebellio auctore: ⁊ falcidia sic dicta a falcidio auctore. Prima debetur iu re nature: de qua dictū ē. Secunda debetur iu re substitutōis: ⁊ est quarta pars hereditatis totius: vt cū aliquis est institutus heres ⁊ ro/gatus vt restituat alij hereditatem si sine libe ris decedat: iste sic institutus retinere pōt q̄r/tam ptem totius hereditatis. Tertia debetur iure institutionis extraneo instituto heredi ⁊ est quarta pars quā deducit ⁊ retinet sibi in stitutus de legatis ⁊ fideicommissis: qn̄ supra dodrantē. i. tres ptes hereditatis ē aliqd lega tum. Qn̄. n. aliquis ē institut⁹ heres: ⁊ illa he/reditas ē ex iusta causa legata ⁊ fideicōmissa tunc institutus pōt detrahere quartam par/tem de legatis ⁊ fideicōmissis: extra de testa. Raynaldus. In prima ⁊ secunda portōne

idest in legitima et trebellianica cõputant oia hereditaria et legata et fideicõmissa. Un si fili9 vel rogat9 aliqua perceperit de legatis vel fi deicõmissis a testatore: illa cõputabit i legitia vel trebellianica. In tertia vero .i. in falci dia cõputant sola hereditaria non legata nec donata nec fideicõmissa: ex. d testa. raynuci9. Hec. Ber. Unde deductio falcidie ẽ cõditio nis melioris q̃ deductio legitime quãtũ ad hoc q donationes et legata nõ cõputãt in ea. Unde si institutus aliquid de legatis vl' fidei cõmissis a testatore pcepit: illud i falcidia nõ cõputabit. Sciendũ aũt q falcidia cessat in his que sic legãt vt ad successores ei9 cui reli cta sũt debeãt puenire. C. ad. l. fal. i auc. sz in ea te. Cessat etiam i relictis causa pietatis: vt ibidem. s. auc. Similit'r cessat etiã in testamen to militis. C. d testa. mi. in testõ. et ex. de testa. Raynald9. et. c. vlti. Itẽ cessat falcidia in male ablatis incertis que bñ põt dici legata eẽ pro aĩa: multo magis q̃ legata alia. Possunt etiã dici legata ad pias cãs: qz ad liberandã testa toris aĩam. Monaldus tñ scripsit in sua sum. q pp̃ter male ablata incerta si nõ possũt pba ri nõ credit q liberi vl' parẽtes si cõsẽtire nolĩt possint legitima iure nature sibi dbita defrau dari. Al' posset testator d leui fingere male ab lata multa vt pdcõs illa legitia defraudaret: quod iniquũ eẽt: qz si talia male ablata ñ pos sint pbari: nõ tenet heres soluere vt debitũ seu vt es alienũ: sz vt legatũ. C. de fal. mo. l. z. et. 3. Et ideo bonũ cõsiliũ ẽ q ipe testator satis faciat d illis dũ viuit: vel faciat q fili9 obliget se ad soluẽdũ in solidũ: illa legitima nõ dtrac ta. In q casu tenebit. ar. isti. d excu. tu. §. sicut p cõtrariũ. Si aũt nõ possit ad hoc inducere fi lium: nõ faciat testamentũ sed codicillũ: in q ordinet q oia bona distribuãt paupibus p male ablatis icertis asserens q plura sũt sua male ablata q̃ oia sua bona. Similiter male ablata certa q tñ pbari nõ põt relinquat illis psonis a quibus iniuste habuit ea. Et male ablata certa que pbari non põt sũt sicut es alie nũ . Sed nũquid põt quis inducere duas quartas. s. debitã iure nature et trebellianicã. R° Dicũt quidã q nõ nisi q̃tum ẽ plus i se cunda q̃ in prima. C. ad. l. fal. l. pe. Alij dicũt indistincte q sic. Azo vo distinguit q aut qs est rogatus restituere hereditatẽ incõtinẽti: et tunc est va snia prima. C. de inoffi. testa. qm nouella. Uel vsq ad tps: vt si decedat sine li beris: et tunc ẽ vera sententia secũda. C. de in offi. testa. qm in prioribus. et in auc°. de restitu ti. §. penul. coll. 8. Ratio huius diuersitatis ẽ: qz vbi quis est rogatus restituere heredita tem post tps certũ: vel si decedat sine liberis: põt incõtinenti deducere tertiam debitã iure nature: qz illã sine oi grauaie debet q̃rere: vt pbãt auctoritates pdicte. In pcessu ãt tpis deducet trebellianicaz in qua cũ fructus pce pti cõputẽtur: minus diminuit substantia he reditatis q̃ si restitueret incõtinenti: et iõ tũc nõ deduceret: qz tũc sba defalcaret: ñ aũt fruct9. Ius aũt canonicũ apte fouet sniam Azo. ex de testa. Raynucius. et. c. Raynaldus. in tex. et glo. Item nõ potest vti quis bñficio falci die in tribus casibus. Primus est qñ extraneus institutus heres rogatus ẽ restituere heredi tatẽ alij: et non implet voluntatem testatoris infra ãnũ a iussu iudicis. Secundus ẽ si non fecerit inuẽtariũ. Tertius ẽ si testator certus de quantitate sui primonij pbibeat expresse deduci falcidiam in auc9 de here. et fal. §. illud et. §. si non fecerit inuẽta. et. §. si vo expssum. Et hoc vide ifra ti. de puidẽtijs testatoris. ar. i. s. d pbibitõe falcidie. Itẽ qñ vni plures res sint legate: tunc si soluit aliqs illarum integre põt in alijs retinẽ plenã falcidiã p doli exceptõez. ff. ad. l. fal. si ex plurib9. Itẽ si legatũ sit tale de quo falcidia nõ debz deduci: puta ad pias causas: p hoc nõ onerãt alij legatarij: qz cuilz legatario sufficit onus suũ vt deducat. C. ad. l. fal. in auc. similit. Item legatũ aut ẽ relic tum vni psone aut plurib9 Si vni aut legatũ est vni9: et tũc si soluit totũ nihil dtrahet. Aut incepit tñ soluere: sic detrahet. Aut sũt legata pluriũ: et tunc si soluit vni põt detrahere de alijs. Si vo sit relictũ plurib9 tũc si soluit totũ vni non detrahet. C. ad. l. fal. auc. sz cum testa tor. et i. l. palle. si ex plurib9. Hec Guil. Itẽ qñ fruct9 pcipiũt volũtate testatoris: vt qñ quis ẽ rogatus restituere alteri hereditatẽ post ali quod tps: tunc cõputat fructus in quartã tre bellianicã. et quod supra quartã recepit nõ re stituet: nisi sit de liberis pmi gradus. Qñ. n. est rogat9 frater pmi gradus restituẽ fratrib9 hereditatẽ: si decesserit debet retinere q̃rtam sine cõputatõe fructuũ: nisi percepit eos post litis cõtestatõem. Tũc. n. cõputabit ipos in quar taz: qz ẽ male fidei possessor. Si vo pcipiunt ex negligẽtia ñ petẽtis: sic non cõputat in quar tam: nec restituit eos. Si aũt pcipiunt ex mo ra nõ soluentis: sic cõputat in quartã: et qcqd ex eis habz vltra restituet. C. ad se. cõ. velleia. iubemus. De institutione vo liberorũ legi timorũ sciẽdũ q pater arrogãs et au9 nepotẽ adoptans tenent filios suos arrogatos et ad optiuos: si tpe mortis sue hñt eos in sua ad optiua familia: in testõ suo instituere vel ex heredare sic si eẽnt filij eoz legitimi et natura les. Al' inutilit'r testabunt. Si vo tpe mortis sue eẽnt emãcipati ab eis: tũc nõ tenẽtur eos

instituere nec exheredare: qr sūt loco extraneorum. Pater etiā naturalis huius filios quādiu sūt in adoptiua familia nec instituere nec exheredare tenetur: qr sūt loco extraneorum. Ex eo tamen tempore quo a patre adoptiuo fuerint emancipati: incipiunt in ea causa esse sicut si fuissēt emancipati ab ipso naturali patre. insti. de exhere. li. §. adoptiui. libi et §. emācipati vero. Is autē qui adoptauit extraneum condens testamētū filiū suū adoptiuū nec īstituere nec exheredare tenetur cum nihil iuris habeat in bonis eius: nisi quod ei succedit ab intestato. insti. de adop. §. sed hodie. Et nota quod illa documēta que sūt tradita in articulo precedēti habēt etiā locū ī liberis tamen legitimis. Quid aūt sit adoptio et arrogatio vide in tractatu de matrimonio. ti. de adoptione.

Sequitur videre de sexto articulo principali. s. de institutione ascēdentiū. Circa quod sciēdum: quod si ego testator vel testatrix nullū habeo liberū a me necessario instituendū vel exheredandū: habeā tamen parentē vel parentes legitimos et naturales: et sim in statu in quo liceat mihi testari: vt quia sū emācipatus: vel aliter mei iuris factus: tūc si testari vtiliter voluero: eos instituē debeo. C. ad sena. cōsul. orphi. quotiēs. licet si habeā etiam descēdētes: eos. s. ascēdētes si volo possū īstituere. Instituam ergo parentes meos nulla differentia habita inter paternos et maternos: salua tamen gradus prerogatiua: puta si patrē et matrem habeā: vtrūque instituā: vel si solū patrē vel solam matrē illū vel illā instituā. De alijs autē ascēdentibus nō teneor facere mentionē: quia precedit eos vno gradu pater vel mater. Sed si patrē vel matrē nō habeo: tūc proximiores mihi in gradu ascendentiū instituere debeo. Eo dem enī modo succedūt ab intestato: vt in auc. de here. ab inte. veni. §. si igitur defunctus. Possum aūt instituere in toto vel ī certa parte: tamen sufficit si parentē instituendū instituam in sua legitima portione parentibus debita iure nature: que ē tertia pars bonorū meorum: vt in auc. de triēte et semisse. §. i. Et si in minori instituero nihilominus tenet testamentum: licet agi possit ad supplementum: vt de liberis dictū ē. Possum aūt meos parētes exheredare vel preterire . s. noīatim et legitima cā adiecta alias testamentum meū rescinderetur: in auc. vt cū de ap. cog. §. si talis igitur. col. 8.

Sequitur videre de septimo principali . s. de institutiōe extraneorum. Circa quod sciendū: quod si illū vel illos quē vel quos habeo legitimos descēdentes vel ascendentes instituendos vel exheredandos instituā quidē: nō tamen in vniuerso sed in parte vel re certa: tūc extraneū in residuo vniuersalem heredē īstituere potero. Si enī nō inueniretur vniuersalis: tunc is qui esset institutus in parte vel re certa haberetur pro vniuersali. C. de here. insti. quotiēs. Si aūt eos oīo exheredauero: tunc extraneū instituam. Alias testamentū nō tenēt in quo istitutio heredis nō eēt. insti. de fideicōmis. here §. in primis. Cū vero nullū habeo descēdentiū vel ascēdentiū instituam heredē aliquē extraneū: siue sit meus naturalis: siue aliquis de collateralibus meis: siue quecūque alia persona puta dicendo in prima vel in tertia persona sic. In oībus aūt bonis suis quatuor actiōibus idest filiū eius naturalē vel patruū vel huiusmodi sibi heredē instituit vel talē ecclesiam: vel cōuentū vel hospitale: tanquam xpi paupes ī tuitu pietatis sibi heredē instituit. Notandum aūt quod si dicatur generaliter pauperes xpi sibi heredes instituit: distributio cōpetit epo dioces. qui est procurator paupum generalis sue diocesis. Et iō ad hoc vitādū solet sic addi. Illos. s. paupes quos eius cōmissarij duxerint eligendos: quorum quēlibet tamen illā portionē quam ipsi cōmissarij ei designauerint ex hac hereditate capere voluit et disposuit: et ipsos cōmissarios vice dictorum pauperum et heredum hanc hereditatē adire. Licet autē īstitutio talis videatur alieno arbitrio cōmitti et ideo non valere: tamē bn̄ valet. quia testator prima facie suo arbitrio instituit paupes xpi: quod facere potuit: licet eos restrinxerit ad certos paupes et heredes ad cōmissarios ex postfacto declarādos. Si vero diceret: illū instituo quē talis voluerit tūc omnino cōmitteret arbitrio alieno: et esset omnino inutilis īstitutio. Ad predictū autē dubiū vitandū solet testator aliquā fidelē personā heredē instituere: distributionē ipsius hereditatis pro anima sua eius fidei cōmittēdo: dicēdo sic. In omibus autē bonis suis dominum talē heredē sibi īstituit disponēs et iubens quatenus pro anima sua hereditatē ipsā erogz et distribuat in pias causas: et distributionē ipsam eius fidei et charitati cōmittēs. Licet aūt videatur eē quoddā fideicōmissū: queritur vtrū īde possit trebellianica porcio defalcari. Et videtur quod nō cū in relictis ad pias causas oīo falcidia cesset. in auc. de ec. ti. §. si aūt heredes. Ad hoc nota quod frater non habet querelam inofficiosi testamenti si frater eius heredem extraneum instituerit: nisi personam infamem instituisset. Et hoc habet locum in fratre cōsanguineo et vterino simul et in fratre consanguineo tamen: et non in fratre vterino tantum. ff. de inoffi. testa. l. i. Unde qui habet fratrem ex patre et matre tantum si instituit personam turpem et infamem debet instituere fratrem saltem in aliqua re alias rumpet frater testamētū: nisi cōmiserit

causam igratitudinis: vt quia cōtra cū mortē intentauit: vel accusatōnē criminalē iducere voluit: vel substātie ei⁹ iacturā grauem moli tus fuit. pbanť hec in auc. de nup. § .ingratitu dinem. Hec Guil. Itē ad hoc vt quis institui possit tria tpa osiderāť. s. tps istitutōis: vt scia vtrū institutio tenuerit. tps mortis testatoris: vt sciať vtrū effectū habuerit. ⁊ tps aditionis hereditatis quod tēpus maxime expectādū ē quo. s. hereditas acqrať. ff. de fur. a ticio. De dio aūt tpe inter factū testamentū ⁊ mortem vel cōditionē institutionis existentē mutatio iuris heredis nō nocet: qꝛ tria tempora consi derantur: ⁊ hoc quoad exneos ⁊ eos qui nō sūt in potestate testatoꝝ. In heredib⁹ vo suis ⁊ necessarijs tēpus mortis tm̄ videť expectā dum. insti. ō here. quali. ⁊ di. §. exneis. ⁊. §. sui. In heredibus vo necessarijs duo tm̄ tpa sūt expectanda. s. testamēti ⁊ mortis. ff. ō heredi. insti. si alienū. ⁊. §. in exneis. l. seruū in pn. Vn̄ si heres istitutus ab exneo sit excōmunicatus tpe institutionis vel mortis vel aditionis pro nihilo habeť. Si aūt medio tpe nō nocet. Vn̄ si post institutionē fuit excōicatus ⁊ an̄ mor tem absolutus: heres erit. Sed de hoc habe bitur infra plenius li. 7. ti. 8. Insup nota qꝫ institui nō possunt isti. s. Deportat⁹ in insulā. C. de here. insti. l. i. Dānatus in metallū: quia pegrinus est effectus. ff. de his que ꝓ non scri ptis habenť: si in metallū. Heretici. C. de here ti. ⁊ manich. l. manicheos. Baptismi iterato res. Apostate xpiani q idolis sacrificarunt. C. de aposta. hi qui. Collegia illicita. i. ꝑuilegiū spāle non habentia: eo qꝫ nō sūt a senatu vel principe approbata. C. de here. isti. collegiū. Itē spurius testatoris ab eo institui non pōt. Itē incestuosus in auc⁹ qui mo. na. ef. sui. §. fi. Itē nec mulier que nubit infra tēp⁹ luct⁹ ꝫm le. in auc⁹ de nup. §. i. ⁊. C. de se. nup. l. i. ⁊ m̄ so 3. Hoc tm̄ ꝫm canones non tenet: ex. de se. nup. c. penul. ⁊ vlti. Itē incerta psona nō pōt institui. Hoc tm̄ fallit in pauperibus xpi. C. de here. insti. quotiens. Itē seruus accusatus de adulterio cū dn̄a sua cōmisso: que etiam dn̄a de eodē crimine fuerat accusata: ab ipsa dn̄a nō pōt institui. insti. de here. insti. §. est aūt ca sus. Omnes vo psone alie a pdictis possunt institui. Ad hoc nota qꝫ si seruus sit institu tus heres nō pōt nisi iussu dn̄i adire heredita tem: ⁊ si dn̄o iubente adeat acquiriť dn̄o ac si esset institutus. insti. ꝑ quas pso. no. acqui. §. itē nobis. Nota tm̄ ꝫm Jo. 13. q. 2. illud. qꝫ lꝫ serui nō possint hereditatē possidere: cōsuetu do tm̄ ē in pluribus locis qꝫ filijs relinquitur peculium quod habuit pater.

Equitur videre ō octauo ꝑncipali. s. de formis institutionuꝫ heredū: vbi sciendū qꝫ dictator testamenti osīde rare debet vtrū instituať vnus heres vel plu res: ⁊ an liberi vel ascēdentes vel exnei: ⁊ an plures instituanť equaliter vel inequaliter: ⁊ an in capita vel stirpes. Et quidē si testator habeat vnicū filiū vel filiā ⁊ eum instituat he redem i vniuerso positis oībus legatis diceť sic. In oibus aūt bonis suis iuribus ⁊ actiōi bus. C. filiā eius heredem instituit. Et si ꝑ le gem velleianā ꝓuidere velit ne quasi agnati one sui heredis rumpať testamētū: diceť sic. Talem filiū eius instituit: vel eo ꝑmoriente liberos ex eo supstites natos ⁊ posthumos in stirpes ⁊ nō i capita heredes sibi instituit. Si auteꝫ habeat plures filios ⁊ filias ⁊ velit eos equaliter heredes instituere sibi diceť sic. C. ⁊. P. filios eius equis portionibus instituit. Et si quis dictoꝝ filiorum eius ipo testatore viuo decesserit: in locū ⁊ partē eius liberi ex eo supstites nati ⁊ posthumi in stirpes ⁊ non in capita sint heredes. Si vo aliquos eorum velit instituere sibi heredes in re certa vľ pte ⁊ aliquos in vniuerso diceť sic. Petrus her tam eius filiā heredē sibi instituit in centum lib. quas etiā eam habere voluit cū nupserit vel religionem intrauerit: ⁊ interim in domo sua decentia ⁊ sufficientia alimēta. Si tamen dictas centū lib. ante qꝫ nubat vel regionē in tret exegerit: ex tunc nō habeat alimenta. Si aūt filia sit nupta: sic dicetur. Petrus bertā filiam eius: vel ea ꝑmortua liberos ex ea su perstites i stirpes sibi heredem instituit in eo qō ipsi berte dotis noīe dedit qn̄ nupsit ⁊ isu per in. io. lib. Si vo filia sit dedicata i aliquo monasterio pōt eā pater vel monasteriuꝫ in q̄ ē si voluerit heredē sibi instituere i certa quā titate. Pōt etiā filiū emancipatū heredem si bi instituere in certa parte. Pōt etiā in vniuer so pariter cū alijs i potestate sua retentl. Pōt etiā aliquos eoꝝ quos habet in ptāte heredē sibi instituere in certa parte. Positis autē he redibus pticularib⁹ debet institui heres vľis sic. In oibus aūt alijs ⁊c̄ vt supra. Factis aūt institutionibus vľibus ⁊ particularibus libe roꝝ viuētiū: debēt fieri institutiones posthu morum ne alľ testamentū rumpať sic. Si vo ex ipa dn̄a berta cōiuge eius nati fuerint ei fi lij vnus vel plures masculi vľ femie: posthu mi vel medio tēpore nati ad lucē ꝑueniētes si masculi vel masculus fuerint: ipm vel ipos cū pdictis. a. ⁊. b. iā natis pariter ⁊ eqs portio nibus in oibus bonis suis sibi heredes insti tuit. Si vo femīa fuerit vna vel plures: ipam vel ipas siue qualꝫ eaꝝ in centū lib. heredem

sibi instituit. De formis autē institutionum ascendentiū ⁊ exneorū patet ex p̄dictis. Atte dat etiā testamenti dictator q̄ si fiat exhere datio: legitie fiat. ⁊ q̄ testatōnē ip̄a exhereda tio antecedat. Quō autē forme exheredatio num fiāt patet ex his que dicentur in ar. se.

Sequit̄ videre de nono. s. d̄ causis ex heredandi. Quia enī habitū ē supra q̄ parentes filios: ⁊ filij parentes ex heredare p̄nt: iō videndū est quibus ex cau sis exheredatio fieri possit. Et primo quib⁹ ex causis exheredari p̄nt filij. 2° ex quib⁹ pa rentes. Sciendū ergo q̄. 14. sunt cāe quib⁹ pater vel mater: auus vel auia filios ⁊ nepo tes exheredare possūt. Prima est si filius ma nus iniecerit in patrem ⁊ offenderit eū. 2ª si grandē iniuriā ei fecerit ⁊ cōtumeliā. 3ª si pa trem accusauit in criminalibus causis p̄terq̄ de crimine lese maiestatis: vel de offensa con tra cōitatem sue ciuitatis facta: vel de heresi. 4ª si filius maleficus cū maleficis ↄuersat̄. 5ª si filius machinet̄ vel insidiet̄ in necē pa tris. 6ª si filius calūniose litē mouerit patri: a qua si pater defecerit oportet eū dāna gra uia sustinere. 7ª si filius rogatus a patre ob debitū in carcere detruso vt fideiubeat p̄ eo ⁊ nō vult fideiubere in illo p̄ quo creditores eius fideiussorē recipe volunt: quod tm̄ in fi lijs masculis locū habet. 8ª si filius p̄hibue rit patrem testari. 9ª si filius sit ioculator cō tra voluntatē patris: nisi pat̄ eandē habuerit p̄fessionē. 10ª si filia nō cōsenserit patri vo lenti eā honeste maritare ⁊ dotare s̄m vires p̄rimonij: sed potius vult luxuriari. 11ª si fili⁹ misceatur cū sua nouerca aut ↄcubina patris sui. 12ª si filius neglexerit patrē furiosū. In quo casu etiā ip̄o iure est exheredatus. 13ª si filius patrē captum a saracenis redimere noluit. In quo casu si pater in captiuitate de cedat hereditas ad ecclesiam spectat. 14ª si pater sit catholicus ⁊ filius heretic⁹. Cau se autem p̄pter quas filij parentes: ⁊ nepotes auū ⁊ auiā exheredare p̄nt sūt octo. Prima est si pater filiū de crimine accusauit: p̄terq̄ d̄ crimine lese maiestatis. 2ª si pater vite filij p̄ venenum vel aliter insidiatus fuerit. 3ª si p̄r vxori vel concubine filii se imiscuerit. 4ª si pater p̄hibuerit filiū testari de his de quib⁹ poterat testari. 5ª si pater nō redemerit filiū captū a saracenis subueniendo sibi: q2 tunc si filius in captiuitate decedat bona de q̄bus ip̄e poterat testari debent eē ecclesie vel dari p̄ captiuor redēptione. Si vo redeat: rite pa trē exheredare pōt. 6ª si pater neglexerit cu ram filii furiosi. 7ª si pater sit hereticus ⁊ fili us catholicus. 8ª si pater vxori filij dederit venenū ad mortē vel mentis alienationē: vel aliter insidiatus fuerit vite eius: ⁊ eodē mō si mater marito filie. Probantur hec oīa in auc⁹ vt cū de ap. cogno. §. cās. ⁊. §. oēs coll. 8. Et oēs iste cause ingratitudinis tollunt̄ per ingressū religionis: vt dicit Ber. ex̄ de apo. ex lrap. Ad hoc nota q̄ exheredatio nō tenet nisi cā aliqua de supradictis noīatim exp̄ma tur: vt dicendo sic. Insup petrus filium eius q2 manus atroces in eū iniecit: oīo exhereda uit: ⁊ ex omni substantia ⁊ hereditate sua alie num cōstituit. b. vo sibi heredē instituit. Si vo nec instituere nec exheredare velit: potest p̄terire inserendo tm̄ cām sic. Petrus her. filiā eius nec instituit nec exheredauit: q2 cum eā honeste maritare vellet maluit luxuriari. p. vero heredē sibi instituit. Talis enī p̄teritio facta circa eā tantū valet sicut exheredatio. Et sic modo liberi ⁊ ascēdentes suos exhe redare vel p̄terire p̄nt inserendo aliquam de causis supradictis. Itē si testator dicat: ex heredo filiū meū sine exp̄ssione nominis: cū plures filios habeat: nullus erit exheredat⁹. ff. de libe. ⁊ posthu. noīatim. Insup nota q̄ filius excludit̄ ab hereditate patris p̄pter plura crimina. Primo p̄pter crimen heresis ex̄ de hereti. vergentis. in fi. 2° p̄pter crimen lese maiestatis: ar. de pe. di. i. si q̄s tm̄ in militi bus. Et s̄m quosdā simonie quod ei parifica tur. 3° p̄pter crimē interfectionis vel mutila tionis rectoris ecclesie: ex̄ d̄ penis. in quibus dam. 4° p̄pter crimē icestus cū monachis cōmissum: ar. 27. q. i. si quis sollicitauerit in textu ⁊ glosa.

De substitutionibus titulus. 26⁹.

Einde quia isti/

tutis heredib⁹ plerūq̄ substituūt̄ aliū: iō viso de institutionib⁹ vidē dū est de substitutioib⁹. Et primo q̄d ē sub stitutio. 2° quot ⁊ que sūt spēs siue differen tie eius. 3° de substitutione vulgari. 4° de substitutione pupillari. 5° de substitutione exemplari. 6° de cōpēdiosa. 7° de substitu tione breuiloqua. Circa primū sciendum q̄ substitutio est secūdaria ⁊ cōditionalis in stitutio. Substitutio enī cōtinet in se institu tionē vt cum. a. mihi heredē instituo. ⁊ si. a. n̄ fuerit vel si decesserit. p. sit heres. Et patet q̄ a. heres instituit̄ pure ⁊ primo gradu. sed. p. heres eligitur sub cōditione ⁊ secūdo gradu. Et licz substitutio possit ab vno in aliū mul tiplicari: quelibz tm̄ substitutio dicitur grad⁹ secundus: sicut secunde nuptie dicūtur oēs

que sequuntur primas.

Circa secundum sciendū q substitutio alia est directa: alia obliqua. Directa est p quā quis capit hereditatem defuncti nullo alio mediante vel sibi coopante: vt cū dicit̃ .a. mihi heredē instituo: ꝛ si ipe nō fuerit heres. p. sit heres. Tunc enī adueniente cōditione statim imediate hereditas pueniet ad. p. ꝛ ipe p se nullo alio cooperante poterit eā adire. Substitutio vo obliqua siue fideicōmissaria vel precaria est illa per quā quis capit hereditatē alio mediante: vt cū testator fideicōmiserit heredi vt hereditatē restituat alij dicendo sic. A. heredē mihi instituo: sed rogo eū p fideicōmissum vt ipam hereditatē restituat. p. Lz ergo p fideicōmissum. p. sit substitutus ipi. a. primo tn̄. a. debet hereditatē adire: ꝛ aditam. p. restituere. ꝛ sic. a. mediante ꝛ opante hereditas pueniet ad. p. Sciendum autē q si. a. adierit sponte hereditatē: tunc defalcata ꝛ retenta sibi portione trebellianica. s. quadrante. i. quarta pte hereditatis: reliquū dodrantē. i. reliquas tres partes hereditatis restituet petro. Si vo iudicis officio cōpuls⁹ adierit totā hereditatē restituet. insti. de fidei cō. here. §. in primis. Sed hec substitutio sub dicta verboꝝ forma raro fieri cōsueuit. Sub alijs aūt verbis sepe cōtigit: vt qn̄ instituo. a. filiū vel fratrē meum ꝛ subijcio q si dictus. a. qñq decesserit sine liberis: substituo ei. p. Hec enī verba repn̄tant fideicōmissariā substitutionē: vt infra dicet̃ sic cū de cōpendiosa aget̃. Sed qd si ecclesia sit heres ꝛ rogata restituere hereditatē alteri. Nūquid detrahere pōt quartā trebelliāicā. Ad h notat Jo. iz. q. 3. c. penul. q pōt eā detrahere si debet hereditatē restituere psone priuate: si aūt ecclesie non. Dubitant legiste vtrū possit detrahere C. cōmuni'a. de le. l. i. Item si qs rogatus sit restituere plib⁹ hereditatē si sine libris morie't: ꝛ vnus illoꝝ pmoriat̃: ꝛ relinquat filios. alter autē superuiuat. illi soli supuiuēti debet̃ hereditas vel fideicōmissū: qꝛ tpe extantis cōditionis solus inuenit̃: ꝛ filijs premortui nihil dōbetur: qꝛ decessit an̄ diē fideicōmissi cedētē. C. de cadu. tol. l. vna. §. si aūt aliquid ꝛ ex̄. de testa. rainaldus. in glo. Ad hoc nota Hn̄. Ber. ꝛ guil̃. ex̄. ō pba. in psentia. super illud. non intelligit̃ sine herede decedere qui monasteriū sibi instituit heredē: q qn̄ quis est rogatus restituere hereditatē alij vel legatū: aut ē rogatus restituere loco religioso vel ecclesie. vel paupibus ad pias causas: ꝛ tunc p ingressum moñ. ñ euanescit substitutio. Aut priuate persone: ꝛ tunc aut fit mentio de liberis vel heredibus. aut non. Si non. puta īstituo. a. hered̃ tali cōditione vt restituat. p. hereditatē: ꝛ tūc euanescit substitutio si. a. postea filiū vl' nepotem ex filio pmortuo habuerit: lz mentio de liberis nō sit facta. C. de fideicōmis. cū acutissi mi. Aut fit mētio de liberis: puta instituo. a. tali cōditione vt si sine liberis decesserit hereditatē restituat. p. tunc substitutio euanescit in pluribus casibus. Primo si substitutus decedat prius q̄ institutus: vnde filijs substituti pmortui nihil debet̃: vel si sint mortui ante diē fideicōmisso cedentē. C. de cadu. tol. l. i. Secundo si institutus ingrediat̃ monasteriū vel assisteriū ita q monachatus teneat: quia tunc monasteriū vel assisteriuz heres eius intelligit̃ eē. Si vero nō intret monasteriū tūc grauatus substitutione nō pōt instituere monasteriū heredē. Unde illud qd dicit̃ in. c. pn̄tia. nō videt̃ sine herede decedere verū ē monasteriū ingrediendo: nō tn̄ instituendo. 3° si habeat filiū naturalē. ff. ad trebel. ex facto. 4° si nō habeat filiū vl' nepotē ex filio pmortuo. Nō euanescit aūt p̄dicta substitutio si institutus filiū habuerit ꝛ ille pmoriat̃: qꝛ tunc videt̃ sine liberis decessisse: ex̄ de testa. Rainucius. Non euanescit etiā si fiat cl'icus: nisi duo cōcurrant ibi. s. q in ecclesia ppetuo maneat: ꝛ q relicta expendant̃ vel relinquantur ī pias causas. Nō euanescit etiā si se ꝛ sua tradat ecclesie seculari: nisi ocurrāt ibi etiā p̄dicta: ī auc° de sanctis. epi. §. sed h pn̄ti. Si vero fiat mētio de herede: puta instituo. a. tali cōditione: vt si sine herede decesserit restituat hereditatē. p. tūc noīe heredū soli filij intelligūt̃ vt in. l. ex facto. ꝛ noīe filioꝝ nepotes ꝛ alij vlterius descendētes. Directa aūt substitutio. Alia vulgaris. Alia pupillaris. Alia exēplari Alia cōpendiosa. Alia breuiloqua. De qbus p ordinē est videndū.

Sequit̃ videre de tertio. s. de substitutione vulgari. Circa qd sciēdū q tal' alia ē expssa. Alia tacita. Expssa fit p istā negationē nō: h mō. Instituo mihi heredē. a. ꝛ si ipe noluerit vl' nō potuerit heres eē pe. sit heres: vel pe. substituo. Tacita ē qn̄ negatio nō exprimit̃ sed includit̃: vt cū dr̃. a. ꝛ pe. mihi heredes instituo. Ex h enī colligit̃ q si alter coꝝ heres nō fuerit. s. qꝛ noluit vel non potuit: qꝛ decessit ante aditā hereditatē alter sit heres ī solidū. Dicit̃ aūt vulgaris substitutio talis: qꝛ a quolz de vulgo. s. testatore masculo vel femina: parēte vel exneo pōt fieri. Pōt etiā fieri cuilibet: sc3 pupillo adulto ꝛ maiori ī ptāte constituto vel emācipato: suo vel exneo. Effect⁹ aūt eius ē vt bona testatoris pueniāt ad substitutū. s. illa tm̄ q̄ puenire debebāt ad institutū q noluit vel non potuit

heres eē: et nō bona illius heredis īstituti: q̄r testator p talē substitutiōē substituēe potuit in bonis suis: non aūt in bonis heredis. Vn̄ substitutus directe fit heres ipi testatori. isti. de pupil. substi. §. quo casu. Expirat aūt hec substitutio q̄cito institutus adierit hereditatem: siue postea decedat cū liberis siue sine liberis. C. de ipubez et alijs substi. p⁹ aditam.

Equit videre de quarto. s. d̄ substitutione pupillari. Circa quā sciēdū q̄ ad eā quatuor cōcurrūt. Primū ē vt ille cui fit substitutio sit de liberis testatoris. Secundū q̄ sit impubes. Tertiū ē q̄ sit in ptāte testatoris. Quartum ē q̄ ille cui fit substitutio instituat̄ vel exheredet̄. Et pbantur hec insti. e. Pōt aūt hec substitutio fieri n̄ tn̄ impuberi filio iā nato: sed etiā posthumo si tn̄ ipe posthumus nasciturus erat in ptāte testatoris si testator ipe viueret. Pōt etiam fieri nepoti ex filio: si tn̄ nō sit recasurus i potestatē p̄ris sui post mortē aui. ff. de vulga. et pupil. substi. l. z. §. posthumus. Dicit̄ aūt hec substitutio pupillaris q̄r fit soli pupillo: nec pōt tempus excedere pupillare: q̄r expirat ad introitū pubertatis. Pōt aūt fieri in min⁹ tēpus vt dicat̄: si filius meus infra quartū vel quintū annū vel etiā minus decesserit ille sit heres. ff. e. l. z. sup illo. masculi. Est aūt substitutio pupillaris alia tacita. Alia exp̄ssa. Exp̄ssa est illa q̄ fit p verbū affirmatiuū: et facit' exp̄sse mentionē de pupillari etate: vt cū dicit̄ sic. a. filium meū heredē mihi instituo: et si ipe mihi fuerit heres et in etate pupillari decesserit. p. sit heres. vel. p. substituo. Tacita est q̄ habet expresse formā pupillaris: sed sub quibusdā aliis verbis includit̄: vt cū dicit̄. a filium meū heredē mihi instituo: et si ipe heres mihi nō fuerit. p. sit heres. Hec ē substitutio vulgaris exp̄ssa et sub hac includit̄ tacita pupillaris ex eo q̄ dico: si non fuerit heres resultat vtraq̄ substitutio. s. vulgaris et pupillaris Unde siue. a. nō sit heres siue sit: si i etate pupillari decesserit: hereditas directo iure perueniet ad. p. sed ex vulgari succedet tn̄ i bonis testatoris: ex pupillari vero succedet ī bonis testatoris et pupilli. Et similiter sub pupillari exp̄ssa includit̄ vulgaris tacita. insti. e. in p̄n. et. ff. e. nā h̄ iure. Effectus substitutionis pupillaris expresse est q̄ ille q ē substitutus impuberi decedēti infra tēp⁹ pupillare sit directo iure heres testatori et pupillo: et capit bona et hereditatē utriusq̄. Itē effect⁹ eius est q̄ excludit matrē impuberis et oēs aliā p̄sonā que ipi pupillo ab intestato succedere potuisset. insti. e. ff. e. lucius. Vn̄ lz testamentū videt̄ eē vnū pp̄ter ordinatorē vnū: scz patrē: est tamē duarū hereditatū. s. patris et filij. Cū enī pupillus nō possit testari pmittitur patri testamentū ipi filio facere et de herede ei puidere: et h̄ tn̄ infra tēp⁹ pupillare. isti. e. §. quo casu. In pupillari aūt tacita aut ipi pupillo substituit̄ alter filius testatoris et frater eiusdē pupilli: et tūc substitutus totaliter admittit̄: et mater et quelz alia p̄sona veniēs ab intestato repellit̄. Aut substituit̄ extraneus: et tūc mater admittit̄ et substitutus repellit̄. C. d̄ impu. et ali. substi. cū quidā. Euanescit aūt substitutio pupillaris primo si pupillus erit pubes. insti. e. §. qua rōe. Secūdo si hereditas patris nō sit adhuc adita: q̄r cū testamētū paternū sit destitutum ex quo nullus apparet heres: euanescit etiā pupillare. ff. e. si p̄es. Tertio si nascat̄ posthumus de quo nō fuit facta mentio. ff. e. si pater l. z. Quarto si pupillus patiat̄ capitis diminutionē maximā vel mediā vel etiā minimā ff. de adopti. l. nec ei. Et quibusdā etiā alijs modis quos relinq̄ iurisp̄itis gr̄a breuitatis.

Equ t̄ videre de quinto. s. de substitutione exemplari. Circa qd̄ sciēdū: q̄ ipa fieri pōt in quocūq̄ parēte masre vel femina: filio furioso vel mēte capto: existenti vel non exn̄ti in patria ptāte: dū tn̄ sit pubes vel maior. Nā impuberi furioso vel mente capto puidet̄ p substitutionē pupillarem. ff. d̄ tutelis. l. 3. §. i. et. z. Debet enī testator certas p̄sonas et certo ordine substituere furioso. Si enī furiosus habeat liberos ei p̄mo substituet illos. Si v̄o nō habeat liberos sed fratres: substituendi sūt ei ipi fratres. Si vero nec liberos nec fratres habeat: tūc quē voluerit substituet. C. de impu. et alijs substi. hūanitatis. Et subdit̄ i hac substitutiōe talis conditio. s. si ipe furiosus decedat ante q̄ mēte et cerebro sanus fiat. Est ergo substitutiōis h⁹ forma talis. A. filiū meum furiosū vel mente captū heredē mihi īstituo: et si ipe decesserit ante q̄ mente et cerebro sanus fiat: talis eius filius vel frater vel talis alius sit heres. Vel sic. Talē eius filiū vel fratrē vel talē aliū substituo. Dicit̄ aūt hec substitutio exemplaris: q̄r fit ad exemplū siue similitudinē substitutionis pupillaris. Sicut enī pupillus testari nō pōt sic nec furiosus: et iō sicut pater puidet filio suo pupillo de herede: sic et filio furioso. Vn̄ substitutus capit vtriusq̄ bona. s. testatoris et heredis sicut in pupillari. Differt tn̄ hec substitutio a pupillari: primo quia illa fit tn̄ a parente ei quē habet in potestate: hec vero fit ei etiā quē nō habet in ptāte. Secūdo q̄r illa fit tm̄ pupillis infra tēpus pupillare: hec aūt adultis vel maiorib⁹. Tertio q̄r pupillo substitui pōt quilz ad libitū testatoris: sz furioso

certe persone sunt substituẽde. Quarto qꝛ illa expirat adueniente pubertate:sed hec ad ueniente sanitate. Probanť hec insti.ꝺ pupil. substi.§.qua ratiõe. Sed quid si habet lucida interualla. R°. Põt dici fm Hosti.ꝙ si habet tanta ꝙ põt facere testamentũ substitutõ eua nescit:etiam si non fecerit:ꝛ imputet sibi si nõ hec euitauit:ar.ff.de re.iu. quod quisqꝫ. Vel dic ꝙ si fecit euanescit:si vero non fecit nec fa cere potuit non euanescit:ar. C.ꝺe legi.quod fauore.

Sequitur videre de sexto.s.ꝺ substitu tione cõpendiosa. Hec aũt aliqñ fit a milite:aliqñ a pagano.i.nõ milite. Mi lites de quibus loquitur lex nostro tpe nõ ha bemus. Et ideo ꝑtermissa illa que fit a milite dicẽdũ est de illa que fit a pagano. Huius aũt substitutionis forma est hec. A.filiũ meũ here dem mihi instituo. Si tamẽ quãdocũqꝫ ꝺces serit.p.sit heres meus.ff.e.verbis. Hoc tamẽ precognito.s.ꝙ ꝯpẽdiosa fieri non põt a paga no nisi filio pupillo in potestate existenti sicut nec pupillaris. Et hec ꝯpendiosa continet in se pupillarẽ expssam:quia habet eundem effe ctũ. Et dicit ꝯpẽdiosa qꝛ sub ꝯpendio huius aduerbij quãdocũqꝫ ꝯtinet pupillarẽ que al'. fit prolixioribus verbis. Et licet hoc aduer biũ quandocũqꝫ fm significationẽ ꝓpriaꝫ se extendat ad omne tp̃s restringit tñ hic ad tp̃s pupillare ꝟtute hoꝝ verboꝝ.p.sit heres:quia per huiusmodi ꝟba directa videoꝛ voluisse filio meo infra tempus pupillare ꝓuidere de herede:quod infra tp̃s aliud facere mihi nõ licet.insti.ꝺe pupil.substi.§.quo casu. Licꝫ au tem p̃dicta substitutõ ex sui natura simplicit fit directa: al' tamen in ea posset addi vel mu tari quod eã ad naturã ꝛ ius fideicõmissarie deduceret. Hoc aũt fieri põt sub quatuoꝛ foꝛ mis. Prima est talis. Et si dictus.a.filius meꝰ vel frater quandocũqꝫ decesserit.p.substituo. Hoc.n.ꝟbũ substituo trahit hãc substitutio neꝫ corporalit ad fideicõmissũ.C.ꝺe impu.ꝛ alijs substi.p̃cibus. Et hoc aduerbiũ quãdo cũqꝫ respicit oẽ tempus.ff.ꝺ re.du.quotiens. Et ideo quocumqꝫ tẽpore.a.moriatur videť virtute huius verbi substituo rogatus esse a testatore per fideicõmissũ post mortem suam substituto reddere hereditatẽ ꝛ bona testato ris. Unde quocũqꝫ tempore.a.moriatur ma ter ꝛ quicunqꝫ successores eius adibunt ip sam hereditatem:ꝛ aditam substituto restitu ent ex iure fideicõmissi.insti.ꝺ fideicõmis.he. §.sed quia stipulationes. Defalcabũt aũt ꝛ re tinebũt primo ipsius.a.legitimã.s.tertiam par tem totius hereditatis:si ipse.a.erat de liberis testatoris ad quos legitima spectat:in hac.n.

testator eũ grauare nõ potuit.C.ꝺ inoffi.testa qm̃ nouella. De relictis vero duabus partibꝰ defalcabunt trebellianicã.i.quartã:ꝛ sic habe bit mediã hereditatẽ:alterã vero medietatẽ restituent substituto ex iure fideicõmissi. Re tinebunt etiam sibi omnia bona ipsius.a.qꝛ testator de suis tantũ bonis rogasse intelligi tur:non heredis. Si vero.a.nõ erat de liberis ꝺfalcabunt tm̃ trebellianicam:ꝛ habebit etiã alia bona que ip̃e.a.aliunde quesiuit. Hec enĩ substitutio qꝛ fideicõmissi ius habet fieri po test cuicũqꝫ heredi ꝛ a quocũqꝫ testatore. isti. de fideicõmis.he.§.in primis.ꝛ.§.se. Attẽdas autẽ diligenter ꝙ licet in dicta forma dicatur simpliciter quandocũqꝫ decesserit:et non ad datur sine liberis:si tamẽ.a.erat ꝺ liberis testa toris:ħ clausula.s.sine liberis tacite subintelli gitur:quia regl'a ẽ ꝙ qñcũqꝫ testator rogat ali quem de liberis suis hereditatẽ alteri restitu ere post mortem suam: hec conditio inest ta cite.s.si decesserit sine liberis:quia nõ est veri simile ꝙ velim meam hereditatẽ exclusa pro le filij mei ad aliũ peruenire. Sed in extraneo he rede sic rogato nõ ĩest ꝯditio talis nisi addať expresse. C.ꝺe insti.sub ꝯditione factis gene raliter.§.vlti. Secũda forma ẽ talis. A.mi hi heredẽ instituo:sed si dictus.a.quãdocũqꝫ sine liberis decesserit.p.sit heres Et hec est to taliter fideicõmissaria:quia licet hec verba.p. sit heres.directa videanť:tamẽ per istã additi onẽ.s.sine liberis trahunť ad fideicõmissam. vt probať.ff.ad trebel.l.sceuola. qꝛ illa addi tio sit inuit ꝙ in quacumqꝫ etate ꝺcedat sine liberis videť rogatus esse per fideicõmissuꝫ hereditatẽ restituere post mortẽ:ꝛ ideo quo cũqꝫ tẽpe sñ liberis moriať mater et quicũqꝫ successores eius hereditatẽ restituent substi tuto deductis supradictis.ff.ꝺ vul.ꝛ.pu.sub. l.coheredi.§.cũ filie. Tertia forma est talis. A.mihi heredem instituo:sed si dictus.a.qñ cunqꝫ decesserit sine liberis.p.substituo. Et hec etiã omni tpe est fideicõmissaria: ꝛ idem ius ꝛ eundem effectum habet per oĩa quod ꝛ quem habent alie due precedẽtes. tum ra tione huius verbi substituo.tum ratione hu ius adiectionis.s.sine liberis. Et quecũqꝫ dic ta sunt de illis duabus de ista tertia intelligi debent. Quarta forma ẽ talis.s.A.filiũ me um mihi heredem instituo:si tamen filiꝰ meꝰ ꝺcesserit ĩ pupillari etate ul' qñcũqꝫ postea si ne liberis.p.substituo. Sub hac forma cõpre henduntur tres substitutiones. Una pupilla ris expressa:per hoc ꝙ dicitur si decesserit in pupillari etate. Et ex hac resultat tacita vulga ris:que sub pupillari expssa cõtineť: vt dictũ est supra.ff.ꝺ pupil.substi.nam ħ iure. Tertia

fideicõmissaria per hoc ꝙ dicitur: vt postea quãdocũqз siñ liberis. Et omnes ille tres substitutiones habent suos effectus de quib⁹ habitum est supra. Et nota ꝙ hec quarta forma fieri nõ potest nisi filiofamilias pupillo ꝑpter pupillarem expressam que cõtinetur in ea vt dictum ē. Et si dictator testamẽti voluerit ꝙ iste tres substitutiões clarius ex predicta forma ↄsurgãt dicetur sic. P. pupillariter vulgariter ⁊ ꝑ fideicõmissũ substituo. In super nota ꝙ si testator habuerit filium impuberẽ cui non tantum in pupillari etate sed etiã abinde substituere heredem uoluerit: licet 4ª forma premissa sufficere videatur bonum tamen est consilium ꝙ quãlз substitutionem per se faciat: et pmo pupillarẽ sic. A. filiũ meũ mihi heredem instituo: si tamen dictus. a. filius me⁹ mihi heres fuerit ⁊ in pupillari etate decesserit. p. sit heres. Vel sic. Fratres eius supstites ⁊ premortuorum fratrum eius liberi in stirpes ⁊ ñ in capita sint heredes. Postea faciat fideicõmissariam sic. Si vo dictus. a. factus pubes postea quandocunqз decesserit sine liberis. Vel sic. infra. 20. annum v[illegible] aliud tale tempus etatis sue decesserit sine liberis per fideicõmissum ei substituo. p. vel per fideicõmissum ei substituo fratres eius superstites ⁊ premortuorum fratrum eius liberos i stirpes ⁊ nõ in capita. Et quod dicitur de liberis premortuorum fratrum in vtraqз substitutione poni debet si testator extẽdere velit vsqз ad liberos fratrum. Substitutio enim nõ extenditur vltra illos quos testator exprimit. Unde si institutis tribus vel pluribus addaẽ sic. ⁊ si aliquis eoꝝ decesserit sine liberis substituo supstites: certe si decedat vnus illorũ relicto filio: deinde moriatur alius sine liberis: filius eius qui primo decesserit nõ admittitur cuз patruis siue sine patruis ad fideicõmissariam hereditatem illius filij mei q sine liberis decesserit: quia nõ extitit cõditio substitutionis in psona patris eius. Illos enĩ tñ ego testator substitui q supuiuerent illi qui decesserat sine liberis. C. de fideicõmissis. l. si in personam.

Equitur videre de septimo. s. de substitutione breuiloqua vel reciproca. Circa qđ sciẽduз ꝙ testãtor habens duos filios vel plures impuberes in sua potestate substitutionem hanc facere põt hoc modo. A. ⁊ b. filios meos ĩpuberes mihi heredes instituo: ⁊ eos inuicem substituo. Et dicitur hec substitutio breuiloqua: qз in breui cõtinet quatuor substitutiones. s. duas pupillares expressas: ⁊ duas vulgares expressas. Unde si. a. fuerit heres ⁊ in pupillari etate decesserit. b. superuiuens heres erit de iure directo: ⁊ econuerso. Et in vtroqз excluduntur mater ⁊ ceteri venientes ab intestato ꝑ effectum pupillaris expresse. Et sic sũt ibi due expresse pupillares: vna vnius illorum ⁊ altera alterius: quarum vtraqз est expressa quo ad effectum: lз non quo ad verba. Consurgunt etiam ex eisdem verbis due vulgares: quia si vnus illorum non fuerit heres quia nolit vł non possit: alter non est in solidum heres. Dicitur etiam hec substitutio reciproca: quia fit ibi reciprocatio vnius ad alterum. Non põt aũt substitutio fieri nisi instituti sint filij pupilli in potestate testatoris: at non esset substitutio breuiloqua sed tacita vulgaris: vt patз ꝑ supradicta: ar. đ substitutiõe vulgari. Et attendendum ꝙ lз in hac substitutione ponaẽ hoc verbum substituo: non tamen conuertit eam ad fideicõmissariam. In quacũqз enim substitutione ponatur: nature illius substitutionis se coaptat ⁊ eam in directo iure cõseruat: excepta sola cõpendiosa in qua si ponaẽ statim eam ad fideicõmissariam cõuertit: vt dictum est. s. in ar. ꝓcedenti.

Qui testari possunt titulus 27⁹.

sic etiam est bigamus.27.q.i.quotquot. Cũ eo tamẽ non potest dispensare episcopus: vt dicit Jo.ibidẽ. Jn primo casu predictorum & in 7° est ꝓprie bigamia & vere: in ceteris aũt large & interpretatiue. Et licet in aliquibus eoꝝ non sit mr̃imonij sacramẽtũ: ẽ tamẽ eius silitudo. Et posset quilibet dictoꝝ casuũ ꝓbari ꝑ speciale capitulum iuris canonici: sed ꝓpter breuitatẽ omisi. Sed quare magis nocet quo ad penam irregularitatis: viro ꝙ corrupta sit vxor eius ab alio: q̃ ꝙ ipsemet sit corrupt⁹ cũ alia: cũ magis nocere sibi deberet culpa ꝓpria q̃ aliena? Rñ°. Nõ est ẜm q̃sdã quia ecclesia nunq̃ fuit iuncta adultero: nec nisi vni spõso: sed sponsus ecclesie aliquãdo habuit synagogam quasi ↄcubinã. Et ideo cõsumatio mr̃imonij cũ muliere prius corrupta ab alio: magis ẽ ↄtra significationẽ matrimonij: q̃ qñ vir corruptus cõsũmat mr̃imoniũ cum muliere prius non corrupta. Sꝫ hec ratio nulla videt̃ aliquib⁹: q2 vt ipi dicũt sicut vna fuit fides antiquoꝝ & modernorũ: ita & vna ecclesia. Vñ & sancti patres veteris testamenti iam pertinebãt ad vnitatẽ eccl'ie iõ collectio eoꝝ nõ debet dici fuisse ↄcubina ꝫ spõsa: vñ ẽt a ꝓphis sponsa vocat̃. Preterea si esset veꝝ qđ illi dicũt copula fornicaria eẽt sacramentũ vnionis synagoge cũ deo: qđ est absurdum. Et iõ dicũt aliter. s. ꝙ motus nõ distinguitur ẜm speciẽ ꝑ cõparationẽ ad terminum a quo: sed ad quẽ. Et iõ ↄsũmatio mr̃imonij cum non prius corrupta: lꝫ sit a viro prius ꝑ fornicationẽ corrupto cũ alia: non sic deficit ab integritate significationis ↄiũctionis xp̃i & ecclesie: sicut cõsũmatio mr̃imonij a viro nõ prius corrupto cuꝫ muliere ab aliq̃ corrupta: ergo si mulier esset susceptibilis ordinis: non fieret irregularis ꝑ ↄsũmationem cum viro nõ prius corrupto: licet ipsa fuisset ab alio corrupta ꝑ fornicationẽ. Hec Rich. 4.di.27.q.4.ar.i.c.3m. & Tho. 4 di.27.q.3. ar.i.q.3.c. Sed quare bigamia in mr̃imonio non ↄsũmato nõ facit irregularẽ: sicut i ↄsũmato? Rñdeo. Quia grauior ẽ defectus significationis in matrimonio ↄsũmato: q̃ i nõ ↄsũmato. plus enĩ sunt põderandi defect⁹ in rebus cõsũmatis q̃ in his que nõdum peruenerũt ad ↄsũmationẽ. Hec Ric. vbi supra c.4m. Vtrũ ille qui defloraint aliquã fornicarie & postea eam duxit in vxorem sit bigamus? Rñdeo. Quidam dicũt ꝙ nõ: q2 ibi est vnicus vnice & econuerso. Neuter.n.diuisit carnẽ suaꝫ in plures: qđ videtur sufficere ex̃ de biga.debitum in tex.& glo.circa fi.& di.26 acutius: & ar.extra qui fi.sint le.tãta. Et hec opi.est celebrior ẜm Goff. Ray. & Ber.ex̃ de biga.debitum.bar.brix.in quadã q̃one: & Jo. an.li.6.de cle.diu.clerici. Alij dicũt ↄtrariũ quos sequit̃ Hostien. q2 virgo debet eẽ spõsa quãdo matrimoniũ cõtrahit: & etiã quando cõsũmatur: al's ibi deficit signaculum sacri: quia vir significat xp̃m: & vxor ecclesiam que est virgo non habẽs maculã neq3 rugaꝫ de q̃ habetur extra.c.debitũ.&.27.q.2.cum societas. Debet ergo depõsari in virginitate.30.q.5.qualis virgo desponsata in virginitate &c. Et virgo debet esse in ↄtractu.32.di.nemo.& di.34.curãduꝫ &.c.precip.mus. Postea tñ exponunt: virgo.i.non ab alio cognita. Sꝫ hãc expositionem nõ admittit Hosti. Quid si quis credit contrahere cuꝫ virgine: & inuenit illam corruptam? Rñ°. Non debet ꝓmoueri di.5i. qui in aliquo. Lex enim promotionis factum requirit: non voluntatem.15.q. vlti. c.vlt. Quid si maritus accusat vxorem de adulterio: & pendente accusatione cognoscit eam: etiaꝫ ad preceptum ecclesie? Nunquid ex hoc fit irregularis? Rñ° ꝙ sic: q2 irregularitas sepe ↄtrahitur solo facto sine peccato et absq3 voluntate: vt dictũ est supra. Quidam tamen hunc excusant: quia quasi magis patitur q̃ agat: & ꝓpter bonum obedientie: ar.23.q.i. quid culpatur. in f.. & q2 mortaliter peccat si non reddat: extra de conu. lepro.c.2. §.vlt. Sed hoc nihil est: quia si conscientiam habet potius vsq3 ad finem litis excõicatõeꝫ sustinere debet: ar.extra de sen.ex. iquisitiõi. Et similiter si absoluitur adhuc non cõsulo ꝙ cognoscat: nisi irregularis fieri velit. Nec peccat cũ adulterium cõmissum ꝑ exceptõeꝫ ortam eam repellat. De hoc require.ĩ.li.8.de matrimonio.ti.de diuortio. Hec Hosti. Sed Ray. videtur dicere contrarium. s. ꝙ tenet̃ reddere: quia non debet eam ante sententiaꝫ suã possessione spoliare.ii.q.i.q2 res. Vtꝝ bigamus accedens ad ordines characterem accipiat. Respondeo ꝙ sic: ar.di.5o. q̃cunq3 penitens. Nam bigamie non est annexa irregularitas de iure naturali: sed de iure positiuo. Nec iterum est de essentialibus ordinis ꝙ non sit bigamus. Vtrum talis habeat etiam executionem ordinis quem accepit? Respõdeo. Si talis ignorat se esse bigamuꝫ executioneꝫ habet ad minus quo ad se: iusta & probabili ignorantia excusante: ar. extra de ordi.ab episcopo.c.i.in fine. Nec enĩ deest fides sacramenti: extra de presbytero nõ bapti.apostolicam. Sed si sciebat vel veritatem postea reperiat: ab executiõe abstinere tenet̃: extra de presbytero non bapti.veniens. Hec

Hosti. Utrum bigamus gaudeat priuilegio clericali? Rn°. De hoc fuit altercatio antiquit°. dis.84. quisquis. que decidit in osti. Greg.io.extra de bigamis.altercationis. per quam decretalem habet q bigami sunt oino priuilegio clericali nudati: et cohibitioni fori secularis addicti.i. abstricti osuetudine contraria nō obstāte.. Et sic exponit.c. de appel. addictos.i. restrictos. Et hoc dico siue sint bigami vere siue interpretatiue. Sz nūqd hoc est verū de clericis constitutis.i ordinib° sacris? Rn° q non. Unde in eis nō hz locuz extra de biga.a nobis. De constitutis vero in ordinibus minoribus intelligendū est illud .c.altercationis.et illud quisquis. Hec Bar. ibidem. Utr cuz bigamo dispensari possit Rñdeo q sic p papā. Et hoc patet triplici via Prima sumitur ex parte plenitudinis ptātis pape. Licet eni papa dispensare non possit ō ius nature: nec contra ius diuinū: qr vtrunq iure ē inferior: et vtrunq tanq̄ fundamētuz supponit: tamen quia est successor petri principis apostolor habēs ptātem equalem: sine eandē ptāti petri: et inferior obligare non pōt superiorem: nec par parem: ideo papa de plenitudine potestatis dispensare potest contra statuta quorūcunq apostolor. si tamen vim non habeant ex iure nature vel diuino.di.82 presbyter.. 2° sumitur ex parte intentionis apostoli: quia non prohibet dispensationem: sed ostendit de iure cōmuni tales non esse pmouendos. Unde Lucius papa cū panormitano episcopo: qui fuit bigamus dispensauit di.34. lector. in glo. Sicubi ergo legatur q hoc papa non pōt siue non licet de facili hoc facere pter reuerentiam apostolor: debet exponi.i.non cōgruit sue potentie. Sic exponit ex de sta.mo.cū ad mona.et.32.q.5. si paulus Sic etiam intelligitur illud dis.50.miror. et illud dis.34.lector. vbi dicitur q bigamus dispensatiue potest pmoueri vsq ad subdiaconatum inclusiue exigente necessitate. Intelligitur sm statum ecclesie primitiue: secūdum quē subdiaconus nō erat de numero sacror ordinuz. Sed hodie papa de facili nō dispensaret. Hec Hosti. Et oueniunt cū eo cōiter omnes doc. Aliqui vero dixerunt: q papa nō potest dispensare cum vero bigamo q recipiat diaconatum et sacerdotium: qr tēpore xpi et aplorum fuerunt ordines sacri: qr non pōt dispensare contra doctrinaz sacre scripture. Si tamen talis ordinetur recipiet characterem: et papa dispensare poterit cum eo in executione illorum ordinum. Utrū episcopi possint cum bigamis dispensare? Respōdeo q sic: sicut cōmuniter dicitur in minoribus ordinibus.distinctione.50.quicunq.2.quia tales non sunt ministri nec rectores: nec habent officium predicandi. Unde de diuisione non est timendum in talibus. Secus est de sacris de consecra.dis.2.tribus. Si ergo bigamus ad sacros ordines promouetur ordinatus ab executione: ordinator vero ab ordinum quos contulit sm Ber. collatione suspenditur: quia in hoc casu contra apostolum dispensare non licet cum bigamis: licet cum ordinante possit: extra.e.super eo. Quidam tamē dicunt: q episcopus potest in subdiaconatu dispensare propter necessitatem: ar.dis.34. lector.et.c.subdiaconus.et.c.le. In contrariuz est illud extra de bigamis.nuper. et.c.super eo.vbi de hoc in glo.fi.et di.50.siquis viduam. Quidam etiam dicunt q episcop° potest dispensare etiam in maioribus ordinibus cum illis qui volunt in religione deo seruire: propter vitanduz religiosorū discursum. Hec Tho.4°.dis.27.q.3.ar.3.c.sed cōtradicunt illi aliqua iura pmissa. Quare magis permittitur epis dispēsare cum criminoso q̄ cum bigamo: cum vtrūq sit contra aplum? Rn°. Quia criosus phibet ordinari pter crimen. Hoc āt p pniaz purgat: et p ons criminosus in pristinū statū restitutus videt et iō cū eo p epm dispensat. Sed bigamus ordinari phibet pter defectum sacramenti q p pniām purgari non pōt: ergo et c. Hec ratio trahitur ex glo.ex eo.sup eo.

De sobrietate ti.8°.

Einde osideran dum est de.3.c.regule apostolice.s. q oz ordinādum esse sobrium. Et redit in idem cum illo qd dicitur infra: non vinolentū. Intempantiā eni cibi et pot° debet quilibet vitare. Unde aplus Ro.13. Non in cōmessationibus et ebrietatibus et c. Et precipue clerici: extra de vi.et ho.cle.a crapula. qa pinguis venter vt ait Hiero. grossuz generat sensuz: cū ecōtrario sacerdotalis sensus vigil esse debeat: et tenuis vt habet di.44.§.vlt.vñ vs. Uina bibas parce iubet hoc loth et patriarche. Notandū q ebrietas dicit tripliciter Primo dicitur ebrietas pena et obliuio mētis Et hec non est peccatū.16.q.2.sane. 2° dicit freqnens actus bibendi. Et hec vt ait Aug°. est veniale peccatum: nisi sit assidua: quia tūc ē mortale: et maxime si nouit vires vini: et nō vult apponere aquā.di.25.§. criminis. 3° dz

quedā dispositio mētis: et studiū. i. studiosa cō suetudo inebriandi se defacili. Et hec ē semp mortale pctm̄. di. 35. ante oīa. Itē clerici non debēt itrare tabernā: nec ibi comedē nec bibē nisi forte cā necessitatis: vt i pegrinatiōe. dis. 44. nō oportet. z. et c. nō liceat. Addūt etiā aliq̄ q̄ clerici nō debēt hr̄e tabernas in q̄b⁹. s. psonalit̄ mīstrēt aut vbi exerceant inhonesta fm Ray. et Rob. Itē nō debēt clerici vl' laici celebrare cōuiuiū i symbolis: vel cferti seu cō missalib⁹: vti c. dictis. nisi forte cā procurādi paupes. 42. di. si q̄s despicit. Itē nō debēt per mittē cōuiuia i eccl'ia: nisi cā necessitati: q̄ in necessitate aliq̄ etiā honesta cōuiuia ibi fieri possēt ad op⁹ hospitū transeūtiū. 42. di. c. pe nulti. et vlti. Itē nō debēt se inuitare ad po tus eq̄les: vt habet ex̄ de vi. et ho. cle. a crapu pula. Nec etiā amore aliquoꝝ sāctoꝝ vel ani maꝝ pentū bibē vel se ingurgitare: nec publi cis cōuiuijs q̄b⁹ intersūt ioculatores interesse de cōse. di. 5. nullus. et c. se. vbi dicit: q̄ clerici spectaculis q̄ in nuptijs vel cenis exercent in teresse nō debēt: sed surgē de cōuiuio et abire anq̄ ingrediantur temelici ioculatores. Hec Ray. Pena vero deseruiētis ebrietati ē: q̄ si eps̄ vel pr̄sbyter vel diacon⁹ admonit⁹ nō de sistat: deponat: subdiacon⁹ et inferior siue lai cus vel cleric⁹ cōione puet. di. 35. eps̄. Si vero semel ebrius fuerit aut bis. 30. dieꝝ spacio a cōione submoueat: aut corpali supplicio sub dat. 35. di. ante omia. Etsi a supiori cōmoni tus h̄ mō nō satisfecerit: ab officio et beneficō suspēdat: ex̄ de vi. et ho. cle. a crapula in fi. Ho die vero fm Hosti. idē videt̄ de subdiacono et diacono. ar. ex̄ de seruis non or. miramur. Et est hic casus i quo peccatum mortale nō inducit dispositionem: nisi admonitus non desistat. Alius si vsuras recepit. dis. 47. epi scopus aut presbyter. 3⁹ si defuerit ab officio ecclesiastico. di. 92. c. vltimo. fm Goff. Hoc tamen non iudico semper mortale peccatū. dis. 25. §. ahs. Miles autem propter ebrieta tem mortem sibi consentiens a militia remo uet̄. ff. d re. mi. oē delictū. §. penl'ti. Hec Host.

De prudentia ti. 9⁹.

Postea cōsiderā dum est de prudentia ordinandi: siue de. 4⁰. c. regule aplice. Circa quam sciendum q̄ ordinandus debet habere scientiam sacre scripture. di. 36. per totū. Et hoc ad subditorum animas informādas. di. 36. c. z. §. ecce. et §. si quis vult. Et ideo statutū est licet male seruetur: vt in metropolitanis ecclesijs magistri theologie teneātur: et q̄ cle rici exeuntes prouinciam suam ad audien dum sacram theologiam percipiant integra stipendia: imo si non sufficiunt eis sua et hone sti sint et bene discant: debet eis ecclesia neces saria ministrare: extra de magistris: quia nō nullis. et c. super specula. Non autem requiri tur fm Ray. Goff. Hosti. et Tho. 4⁰. dis. 24. q. i. ar. 3. q. 2. o. q̄ ordinandus habeat scienti am eminentem: sed sufficit q̄ habeat compe tentem. i. sufficientem ad suum officium ex equendum: extra de elec. cū nobis olim. De bet etiam ordinandus habere sciētiam secu larium scripturarum di. 37. §. Cur ergo. et c. turbat. Et hoc ideo vt verum a falso discer nere sciat: et viam ad scientiam pietatis habe at: non autem ad voluptatem addiscat. dis. 37. §. preallegato cur ergo. Et per hoc soluit̄ contrarietas multorum capitulorū eiusdē di. Ideo statutum est: vt in qualibet ecclesia cathedrali habeatur magister liberalium ar tium: extra de magistris. c. i. et c. quia nōnul lis. Quod intelligitur tm̄ de triuialibus: que habilitant ad scientiā pietatis: nō ō quadri uialibus: que fm Hiero. lʒ in se contineant veritatem: non tamen ducunt ad pietatem. i. ad scientiam pietatis vel ad cultum dei: qui consistit in fide spe et charitate. di. 37. si q̄s grā maticam. Et dicitur sciētia pietatis fm Hie ro. nosce legere scripturas: et intelligere pro phetas: in euangelium credere: epistolas non ignorare: vt dicitur in. d. c. si quis. Auctores etiam gentilium et huiusmodi libelli legi pos sunt eadem cā qua et scientie triuiales. Etsi quid boni lector in eis inueniat: tanq̄ pprīū seruet: et in bonum vsum conuertat: non rati one auctorum: sed quia in se est bonū. dis. 37. turbat. et c. qui de mensa. et c. si quid veri. et c. relatum. in fine. Hec enim fecerunt Paul⁹ Hiero. Aug⁹. et alij scī. Leges vo et phiam cle rici possunt audire: dūmodo non causa cupi ditatis vel voluptatis: ar. di. 37. c. i. et c. legim⁹ et c. vno. Hoc est verum nisi sint monachi vel regulares: vel sacerdotes: vel habentes perso natus. i. dignitates: vt decanatum archidia conatum vel nisi sint habentes plebanatum. Qui si audierint nisi infra spacium duorum mensiū ab audiēdo destiterint: ipso iure sūt excōmunicati: extra ne cle. vl' mo. super spec. Hec Goff. Debet etiam ordinandus habere noticiam seculariū negocioꝝ: q̄ nō tm̄ spūa lia: sed etiam temporalia debet subditis et ne cessitatem patientibus ministrare. dis. 29. p totum: et extra de renun. nisi. §. porro. et di. 86.

fratrē. Sed nūquid laicus oīno lr̄as ignorās recipiet characterē si ordinet? R°. q sic: q2 ex quo baptizat⁹ ē: susceptibilis ē cuiuslibet sacmēti: cū baptism⁹ sit ianua oīuz sacroruz. di. 32. vex. 7. §. porro. circa fi. Et facit ad h illud. i. q. i. ventū est. §. sed dicit. Hec ē opi. Ray. Gof. Hosti. 7 Innoc. Quidā tñ 2rium dixerūt, pter illud qđ hr̄ di. 38. omēs. s. q substātia sūmi sacerdotij in eloquia diuinitus ē tradita. Sed h est referendū ad executōnem ordinis: q̄ sine litteris fieri non potest Ad h nota q, pter simplicitatē repellit q̄s ab obtinēdo epatuz: vel aliā administratōnē 7 curam ecclesie. sed non deijcit ab obtento: imo dat ei coadiutō. di. 39. petr⁹. 7. 7. q. i. q2 frater 7 ex̄ de elec. cū in cunctis. fm Ray. Cōtrariū tñ ē expssum ex̄ de eta. 7 qli. q̄uis. vbi eps remouetur, pter defectū lr̄ature: quin etiā, phibetur cōferre clericalē tonsuram illiterato. Et qui cōtrafecerit. s. cōferendo est pannuz suspēsus a collatione eiusdē li. 6. de temp. or. nullus. Itē, pter illiteraturā pōt epus petere resignandi licētiā: ex̄ de renū. nisi. Ignominiosum est eni epo q querat ab alijs edoceri: cū ipse alios debeat edocere. di. 36. §. ecce 7. i. q. i. vilissimus. 7. 8. q. i. lic3. Jmmo talis debet in epm eligi cui⁹ compatione ceteri grex dicant. 25. di. §. nunc aūt.

De pudicitia ti. io⁹.

Einde əsideran

dū est de. 5. c. regl'e apl'ice. s. q oporter ordinandum esse pudicū. Debet eni ordinādus esse pudicus. s. vt morib⁹ 7 verbis pudorem suū indesinenter ostēdat. Unde in lege dictū ē secundū aliam translationem. Verecundos 7 verentes facite filios israel. Et Ambro. Verecundia ingenuos, pdit natales. Clerici vero qui sūt adeo impudentes: q se faciunt ioculatores: siue goliardos: aut bufones ipso iure carēt omni, puilegio clericali si p annū illā artem exercuerint aut etiam si minori tempore eā exercuerit: 7 3° moniti nō resipuerit. li. 6. ð vi 7 ho. cle. Jmmo etiā nec mimis ioculatorib⁹ 7 histrionib⁹ clerici intendāt: vt habet ex̄. e. titulo clerici. Nec ludos theatrales 7 laruales in ecclesijs fieri sustineant: vt dicit ibidē. c. cū decorem. Ubi dicit etiā in glo. q, phibitū est cā etiam ludibrie monachali vel alio religioso habitu vti. Et grauiter punit qui hoc facit: in auct. de scis. epis. §. oibus. Non tamē, phibet ibi repsentari psepe domini: herodē. magos sepulchrum xpi 7 similia: que cōueniūt quibusdaz festis: cum hi⁹ excitēt ad deuotionē. ar. de cōse. di. 2. semel. Sciendum etiā q vt notat Jo. an. super illud. c. clerici. nō reprobatur facere aliquid ioci: cā īfirmitatis vel alteri⁹ honeste rei. Et facit ad hoc quod notat Jo. ð citharistis 7 alijs qui vtunt varijs instrumentis. di. 86. donare. Cauere aūt debent clerici a mulieribus: ita vt cū eis nō habitent. Hiero⁹. Si cum viris habitent femine: nō deerit viscarium diaboli. Nec eas frequenter corpaliter visitent. di. 32. hospitiolum. Et familiaritatem eaꝝ nimiam vitent. 18. q. 3. pniciosā. Itē eaꝝ tactus omnino declinent. Unde v̄. Ni fugias tactus vix euitabit actus. Hos ḡ vita: ne moriaris ita. Unde refert Grego⁹ q quidaz psbyter suam sororē diligens: tamen quasi hostē cauens eam ad se, pius accedere nō sinebat. di. 32. quidam presbyter. Sed nunquid licet aliquo modo clericis habitare cum feminis? Rñdeo q sic: cum aliquib⁹ sc3 cum auia: matre: sorore: amita: matertera filia fratris 7 sororis: vxore filij: 7 generalit cum omnibus que sunt consanguinee per lineam transuersalem vsq3 ad 2ᵐ gradum inclusiue. ar. di. 81. cum omnibus. Cum his vero que sunt consanguinee per lineam ascendentem 7 descendentem vsq3 ad 4ᵐ gradū. ar. extra de consang. non debet. 7 di. 32. interdixit. 7 di. 81. volumus. In his enim naturale fedus nihil seui criminis permittit suspicari: extra de cohabitatione a nobis. Sed cōtra. quia ibidem dicitur. c. i. q nullus presbyter retineat etiam eas quas canones concedunt: Rñdeo. Ad hoc Dam. Dicit q capitulum primum illius tituli corrigitur per illud posteri⁹ editum. s. a nobis. Alij vero vt Ray. 7 Goff. dicunt q primum, capitulum loquit de mulieribus: que etsi nō sint in se suspecte: habent tamen alias mulieres de quibus suspitio potest oriri: vt dicitur di. 81. legitur. Illud vero capitulum a nobis: 7 alia similia loquuntur de illis: que nec sunt suspecte: nec suspectas secum tenent. Ber. autem dicit: q p̄mum capitulum loquitur de clericis suspectis 7 iuuenibus: 7 mulieribus suspect: ar. di. 34. q norundam. contrarium vero loquitur de mulieribus non suspectis. Host. vero dicit distinguendo: q duplex est suspitio. Una ratione iuuentutis: alia ratione extraneitatis. Et vbi aliqua illaꝝ interuenerit: nō possunt cohabitare: vt habetur in. c. i. Si vero neutra fit ibi: possunt: vt in. c. a nobis. dūmodo personas suspectas non teneant secum: vt in. c. i. 7 dictum est supra. De mulieribus etiam

que sunt consanguinee vltra 2^m gradum linee transuersalis distinguit Ray. q aut sunt suspecte q2 iuuenes. aut nō. Si sic: nō possūt clerici cum eis habitare: Si non: possunt. Et similiter distinguit de ancillis. Et sic itelligit dis. 81. feminas. 7 dis. 32. iterdixit. i fine. Moniales etiam non tolerantur cum clericis extra de cohabitatione. c. i. Et breuiter non debet loqui clericus solus cum sola. dis. 81. clericus sol⁹. Epi vero nullam oino secum debent habere mulierē. ar. di. 34. quorūdam. 7 ex. de cōuer. cōiu. sane. fm Goff. 7 Host. Secūdum vero Ray. licet hoc eēt tutū 7 honestū quod est de epis dictum: non tamen obstant eis illa iura. quia illud. c. quorūdaʒ. loquitur quādo epus habet imoderatā cum filia familiaritatem: occasione cuius a subditis vilis habetur. Et illud. c. sane. loquit de vxore epi: que oino debet religionem intrare. Nō debēt etiā femine quādo diuina officia celebrāt ad altare accedere: nec p̄sbytero ministrare: aut itra cancellos: vel etiam itra chorum vbi cantāt clerici stare vel sedere. ex. de vi. et ho. cle. c. i. Femine etiam sacrate non debent circa altare incensum portare. de conse. dis. i. in sancta Immo etiā nec viri layci debēt stare vel sedere iux altare iter clericos quādo diuina mysteria celebrantur: sed quādo volūt adorare vel cōicare: tunc possunt accedere. ex de vi. 7 ho. cle. c. i. Et hoc fm Innoc. itelligitur de honestate. Notandum etiā q ut dicit Ber. ibidem in ecclsia ē quidaʒ locus cōis: qui dicitur ecclesiia. Et quidam specialis psallentibus qui dicitur chorus: qui diuiditur cancellis ab altari. Quidam ꝓprius ministrantib⁹ qui dicitur sacrarium: quia nō nisi sacrati debent ibi contingere sacra vasa. de conse. dis. i. in sancta. Dicitur etiam diaconium: quia diacon⁹ ibi ministrat altari. dis. 42. nō oportet. Dicitur etiam presbyterium. d conse. dis 2. sacerdotū. Dicit etiā sacra sāctoꝝ. ex. de vi. 7 ho. cle. c. i. Sed quā penā patiēt clerici cū mulieribus habitātes: R°. Hi qbus cōcedit nullam. sed alij qui cōcubinarij vocāt penā patiūt. De quib⁹ sic distinguit Hosti. Talis clericus: Aut est suspectus Aut notori⁹. Aut penitus occultus. Si sit suspectus: aut ex illa suspiciōe orit scādalū aut n. Si sic. tūc ei pōt indici purgatio: quā si nō p̄stiterit: vel p̄stādo defecerit punit tāq̄ conuict⁹. ex. e. tua nos. i fi. Si nō tūc ē moned⁹ ne cū suspecta aliqter⁹ cōuerset. Et si p⁹ trinā monitionē cum ea cōfabulari vl̄ ɔuersari inueniat: fact⁹ est notori⁹ iuris: 7 de iure. et ideo ē excōicād⁹. Suspecta vo ē canonice iudicanda. vt extra e. si quisq̄. Et videtur q in hoc casu posset tanq̄ ɔuictus degradari: 7 seculari curie tradi. ar. in auc°. de scis. epis. §. p̄sbyteris aūt 7 diaconibus. c. vlt. Si vero sit notori⁹ facti vel iuris ipso facto patit: 7 incōtinenti ē ab officio suspēsus: vt habet di. 32. nullus. 7. c. p̄ter hoc. 7. ex. e. vestra. 7. c. tua. 7. c. vlt. p ɔñs 7 a beneficio fm quosdā: vt habet di. 83. si qs āmodo. 7. c. si quis sacerdotū. Alij vero dicūt: q ē suspēsus ipso iure ab officio: sed q̄tum ad beneficium ē monendus. Et notorius facti forte degradari: notori⁹ vero iuris cōdēnari debet si sit accusatus. Et si is q̄ degradari debet mōetur nec se corrigit: eps eū beneficio p̄uare poterit: vt habet ex. e. si aūt. Vel si vult pōt euʒ de grā p̄mo ab officio suspēdere: 7 cōtumacia crescēte ei auferre: vt ex. e. sicut ad extirpandam. Et hoc agit ne de cetero faciat: 7 de eisdem penis coget: vt de p̄dictis pniam agat. Itē si cōuincat ē deponendus. di. 82. p̄sbyter. Et si mittat suspensus ad sedē aplicam: 7 referat lr̄as aplicas nō cōtinentes seriē rei: nihil p̄sunt ei: vt dicit ex. e. sup eo. Ubi vero crimen crassat ē op⁹ exemplo. Et iō si ad dimissam redit vel aliā accipit: p eo pōt excōicari. i. deponi: vt dicit ex. e. clericos. Nec debet cogi quis vt ibidē dicit abiurare cōcubinā. Qd ē veꝝ de eo de q̄ p̄sumitur q iuramentū nō seruet. Al's secus est: vt dicit ex qui cle. vel vo. ex tuaꝝ. lʒ eaʒ q̄dā intelligāt de vxore p illud. c. 35. q. 6. ab ista die. Scripsit tn̄ Goff. q si iuuenis 7 cupidus secū habeat euidenter i domo iuuenculā 7 suspectā: non ē fornicatio notoria tamen p̄sumpta. Sed fm Hosti. talis videtur notorius facti: ex quo publice 7 euidēter detinet eā secū. Si eni inueniret cū suspecta semel: durum eēt iudicare eū notoriū tn̄ p̄sumptū: nisi post monitionē factā: vt ex supdictis colligi pōt. Si vero sit penit⁹ occultus: patit penā q̄tum ad se: q2 incōtinenti est suspēsus. Quilibet eni in mortali cōstitut⁹: ē suspensus: vt habet ex de temp. ordi. c. si. 7. di. 6. testametū. Tamē q̄diu toleratur ab ecclia possūt 7 debent ab eo audiri diua: 7 recipi ecclesiastica sacra: ex. e. vestra. 7. c. si. Sed i hoc casu nō credit testimonijs. i. verbis simplicibus aliquoꝝ: sed testib⁹. s. iuratis: vt ex. e. tua nos. De hoc habitū ē supra li. 4. ti. 16. Sed nōne fornicatio est peccatū mortale. di. 25. §. al's. cuius pena est depositio. di. 25. c. si. 7 di. 81. si quis clericus. 7. c. romanus: Rñdeo Quidam dicunt q hec capitula. continent rigorē. sed illud. c. di. 34. fraternitatis. continet eq̄tatem que multum rigori debet preponi. dis. 50. ponderet. in fi. 7 extra de transac. c. fi.

quia melius est de misericordia q̄ᵭ de crudelitate reddere ratione͂.di.86.nō satis. Ideo etiaꝫ debet mitius agi in fornicatione: q꞉ hodie pauci inueniunt̄ imunes ab ea: vt innuit dictum.c.fraternitatis. Multitudini aūt est pcendum:ex̄ de cle.ex.latores. Gof.vero notat ꝙ rigor seruari pōt d iure:sed equitas ex dispensatione. Nec obstat illud.c. fraternitatis.quia cū dicit̄ ibi:defectus tpis nostri non patit̄ hāc manere censurā:subaudi s̄m Gof. rigidam ꝛ indispensabilem. Fornicatio eniꝫ piurium:furtū:ꝛ homicidium:equipant̄.dis. 82.p̄sbyteri.Sed ꝑpter illa tria pdit q̄s beneficium:ex̄ d iureiur.querelam extra.de penis tue. Ergo etiā ꝑpter fornicationem.ar. ex̄ de temp.or.c.fi. Nec obstat ꝙ ē cōe vitiū:q꞉ propter hoc est magis opus exemplo. Host.vero credit:ꝙ vbi est graue scandalū:pōt iudex ex causa rigorem seruare:ꝛ ex cā remittere ꝛ dispēsāe.ex̄ d t̄nsac.c.fi. Et h̄ itellige si ꝯuicant̄ in modū accusationis. Tunc eni standū eēt rigori:vt ostendunt capitula sup̄ allegata.

Insup̄ nota: ꝙ si quisq̄ᵭ clericus monasteria monialiū sine manifesta ꝛ rōnabili causa frequentare p̄sumpserit:p ep̄m arceat̄:ꝛ si n̄ destiterit īmunis ab officio reddat̄: si sit laicus excōicetur:ex̄ de vi.ꝛ ho.de.monasteria.

Sed ex quot vicib⁹ dicit̄ esse frequentia? R̄o.Scdm glo.ibideꝫ videt̄ ꝙ ex duabus: ar. oppositum.di.26.vna t̄m.nec repetita:q꞉ veniam crimina nec semel cōmissa nō habent. C.de epa.audi.l.3.Sic ergo vltra vicē vnam sine manifesta rōnabili cā illuc ire non licet: q꞉ statim p̄sumitur malū. Quā penā patiuntur cōcubine ex clericoꝝ cohabitatione? R̄ndeo.Scdm Hosti.cōcubina clerici:aut ē occulta aut publica.Si occulta sic punit̄ t̄m in foro p̄niali:ꝛ hoc.p sacrilegio ꝛ adulterio: vt habet̄.27.q.i.q̄ xpo. Si vo sit vxor de facto p̄sbyteri siue clerici in sacris ꝯstituti publice ducta:ꝛ hoc sciens q꞉ plus delinquit plus punitur:ꝛ iō ipsa ꝛ ꝓles eius ī seruitutē ecclesie cui⁹ ille est clericus redigunt̄:ꝛ sic vendun tur:ꝛ redimunt̄:vt habet̄ di.81.quidam.ꝛ.15. q.vlt].cum multe sup. Alij vero dicūt ꝙ si n̄ habet ꝓlem venditur:si aūt habet in seruitutē redigit̄:vt dictū ē:p eadem iura. Sed potest etiā dici ꝙ ꝛ cōcubina clerici publica est excōmunicanda:vt dicit̄ ex̄ de sen.ex.si cōcubine. Quo facto non absoluet̄ mulier nisi satisfactione p̄missa:cum offensa sit manifesta:ex̄ d v̄.sig.ex pte. Erit aūt hec satisfactio:ꝙ intret monasteriū:vt dr̄ di.34.fraternitatis.ꝛ sic redigit̄ in seruitutē monasterij.di.32.eos. Quidam tamē itelligūt illud.c.fraternitatis.qn̄ mulier hoc ꝑtit:al's ē ꝯtrariū.di.32.seriati. ꝛ.32.q.i.integritas. Vel potest dici:ꝙ supiora capitula debēt intelligi de seruitute monasterij. Et hanc quā iura sup̄ vocant vxorem: Hosti.vocat publicam cōcubinam. Nō enī potest vxor esse:vt dicit̄ ex̄ de cle.coniu. sane.

Ad hec nota:ꝙ clericus cōmittens vitiuꝫ ꝯtra naturā secularis deponit̄. Vel subaudi religiosus in artius monasteriuꝫ detrudit̄. Vel expone vel.p ꝛ ad p̄niam ꝑpetuā pagēdā sed laicus excōicatur:ex̄ de exces.p̄la.clerici. Nec debet clericus de sua incontinētia gloriari:al's ꝑpter scandalum ꝛ infamiā ortam debet ab officio ꝛ beneficio suspendi. Sed nec mulieri quā se dicit cognouisse: debet eius cōfessio p̄iudicare in aliquo vt habetur. e.ti.c. Cū sit graue. Sed que dispēsatio adhibet̄ circa p̄sbyteros vel clericos concubinarios? R̄ndeo.Scdm Gof.ꝛ Hosti.magna vt non remoueant̄ ab officijs ꝛ beneficijs:extra.e.sicut.ꝛ.c.si aūt. Ad altiora tamen officia non ascendant:vt habet̄.15.q.8.hi qui. Maior vt ad maiores ordies ꝓmoueantur: vt dicit̄.di. 34. fraternitatis. Maxima: vt ad dignitates ascendant.di.33.habuisse.

De ornatu ti.ii⁹.

Postea cōsiderādum ē de 6.c.regule ap̄lice s.de ornatu. Debet aūt ordinandus esse ornatus:ꝛ iterius virtutibus:ꝛ exteri⁹ bonis moribus:vt sit ꝛ in cibo ꝛ potu tēꝑatus: de quo habitū est supra.3.c.eiusdem regule. In ꝯuersatione honest⁹. De quo dictū ē in.c.p̄cedēti. In incessu matur⁹:cōpositio eni corporis q̄litatē indicat mētis:vt dicit Augu. di. 42.c.vlt]. In orone ꝛ lectiōe assiduus. Hec eni debēt eē opa clericoꝝ.di.36.c.vlt]. In habitu regulat⁹.s.s̄m ea que habent̄ ex̄ de vi.ꝛ ho.cle.ꝛ spāliter i.c.clerici officia.vbi statuitur pena venientis ꝯtra. Itē i vestibus cōformēt se clerici ꝯsuetudini regiōis:ꝛ illis cū q̄b⁹ viuūt: ne al' supsticiosi ꝰ hypocrite videātur:ar.de cōse.di.4.ecclesia.ꝛ di.30.§.si quis eoꝝ.ꝛ.§.si quis viroꝝ.semp tamen seruando in oibus honestatē. Hec Ber.super.c.clerici. ꝛ Gof. Tamē adminus cū ministrant vesteꝫ talarem habeant:sicut Aaron di.44.non liceat. Dicit t̄n canon:ꝙ p̄sbyteri non vadant nisi stola iduti.i.cappa:vl' supꝑllitio. Et si sin̄ stola spolientur.simplum reddit̄: si cū stola triplū.zi.q.4.nullus.ꝛ.c.se. Item si religiosi diuerse professionis predicent dei verbum.

z diuersitas habitus suscitet infidelibus scā/dalum: debent se inuicem conformare q̄ntū ad supiorem vnū habitum regularem: ex̄ de vi. z ho.cle.deus. Si tamē sint monachi vl' regulares cōmorantes i scholis cū scholarib⁹: nō ideo debent deponere habitū religionis. Nec abbas eoꝝ ꝑpter scholas sup hoc cum eis de/bet dispensare. Nec ipsi debent vti illa dispēsa tione: si de facto dispensauerit cum eis. Hec Rod. Item clerici non debent portare arma. Et si portauerit debent excōicari extra de vi. z ho.cle.clerici. Si etiam 3° admoniti nō de stiterint pdunt puilegiū clericatus.17.q.4. si quis suadente.z ex̄ de sen.ex.in audientia. Non debent inquā ferre sine iusta causa. Nā si transeant p' loca piculosa ferre possunt ea ad terrorem latronū: lz non debeant pcutere 23.q.maximianus. Hec Innoc. sup d.c.cle/rici.in glo. Item ab officijs indecentibus cō pescuntur p amissionē puilegij clericalis: ex̄ d vi.z ho.cle.vt clericoꝝ. Adhuc nota q ex cā pegrinationis siue timoris vel necessitatis vel alia simili causa honesta: licet clerico ha/bitum transformare z assumere habitū laicalem: vel pnialem vel similem.21.q.4. episco/pi.z ex̄ de vi.z ho.cle.z.c.clerici officia.

De hospitalitate titulus.12°.

Einde cōsideran

dum est de.7°.c.s.q oportet ordi/nandum esse hospitalē. Debet eni ordinandus eē hospitalis: quia vt dicit Hie/ro. domus clericoꝝ debent esse cōmunes. 16. q.i.q̄ntum. Et hospitalitatem hortari nō po/terit qui domū suā hospitibus claudit. 41.di. .§.i. Sciendum aūt q hospitalitatum alia ē violenta: z ad hanc non tenentur clerici: ex̄ de emu.ecclesia.c.i. Alia charitatiua: z hanc aliqui petunt quasi ex debito: vt pdicatores z plati. Alij simpliciter.s.p corpis sustentati one. In pmo casu subdistinguitur: qz si sunt noti z constat eos missos vel institutos ad p/dicandum vel ad platuram recipiendi sunt. Si vero sunt incogniti vel dubitant an tale officium sit eis cōmissum: debet hoc examina/ri z inquiri an ita sit: quia circa maiora picu/lum vertitur. Non eni das tn̄ tpalia: sed acci pis spūala ab eis: in quib⁹ vertitur magnum piculum si ab alio pcipiantur q̄ ab illo q̄ da/re pōt vt dr̄ di.42.quiescam⁹. In 2° casu.s. cū petitur p sustentatiōe corpis: similiter sub distinguendum ē: qz aut potes oibus abūda/re: aut non. In p̄ casu debes dare oibus indi/gentibus. Ad hoc inuitāt nos exempla Loth z Abrae qui cū oēs indifferenter recipiebāt. inter oēs recipe angelos meruerūt. Nam si non oēs recepissent forsan inter alios etiam angelos repulissent vt hr̄ in d.c.quiescamus. Danda ē etiā excōicatis. 11.q.i.qm̄.in fi. Et idem dico de quolibet peccatore: nisi de cibo securus iusticiā cōtēnat. Nam in tali casu si/cut dicit Aug⁹ vtilius esurienti panis tollit q̄ frangat vt dicit.5.q.5.non oīs. Sed etsi iu sticiā negligat z ad mortē esuriat ē alendus. di.86.pasce. In 2° casu.s.cū non potes oib⁹ satisfacere.dicit Ambro.9.esse cōsideranda: scilz fidē: cām: locū: temp⁹: modū: necessitudi nem: siue sanguinis ꝓpinquitatē: etatē: debili tatem: cōditionē: siue nobilitatē. Fidem: qz fi/delis est pferendus infideli. Causam: qz illi qui tenent capti ab hostibus sūt alijs pferen/di. Locū: vt si iustus ꝓpter debitū excrucietur in carcere: z in penis atqz supplicijs. Nam lz oibus debeat mia: tamen iusto amplius. Tē pus: qz si tpe afflictiōis sue nil a te impetret: si tpe piculi quo rapit iniuste ad mortē: plus apud te pecunia tua valeat q̄ vita morituri: non est leue peccatū. Modū: vt non totum vni: nec simul opes effundant: sed discrete di spēsentur. Nisi forte aliquis vellet ex toto re linquere seculum. Necessitudinē: vt ꝓpinqui sanguinis extraneis pferant: ita tamē q cāz pstet non nisi grā.i.non ditent ꝓpter carnalē amorē: sed pascant ꝓpter nature sustentatio nem. Etatē. qz senes sunt iuuenib⁹ pferendi Debilitatē: qz claudi ceci valitudinarij z cō similes debent pferri sanis. Nobilitatē.i.vere cundiam: que ingenuos pdit natales: quod/presertim attenditur in his qui ex diuitijs si ne vitio ceciderunt in egestatem. Hec expo/nuntur plene di.86.non satis.

De doctrina ti.13°.

Ostea cōsiderā/

dum est de doctrina ordinandoꝝ. Hec autem consistit in corripien/do z predicando. Debet autem corripere ex charitate cum discretione z temperate.s.con flando medium ex remissione z seueritate. Unde Greg⁹.z hr̄ di.45. Disciplina vel mise ricordia multum destruitur si vna sine altera teneat. Et si i alto excedat meli⁹ ē vt d nimia mia q̄ d nimia seuitate rōcꝫ reddat.di.50.pō dēt. Ubi tn̄ n̄ pdest lenitas: succedē dꝫ aspe ritas. Quod ostndit apl's.2. Tim.4. Argue obsecra increpa in oī patientia z doctrina.

Debet aūt rigor iusticie tēpari: p̄ ex peccantium multitudine. di. 50. vt cōstitueret. Et tūc debet prelatus incipere a spūalibus: vt exemplo eoꝝ frangatur cetera multitudo. di. 44. cōmessationes. Punire etiā debet maiores ꝺ vniuersitate qui trahunt aliquos ad peccatū ex̄ de clerico ex. latores. 2° ex peccantiū q̄litate: quia deferri debet dignitati ꝛ psone: ex̄ de offi. dele. sane. quia ex duob⁹ etiā augetur rigor. s. cū peccatum defendit. de pe. di. 6. c. i. Et cum visitatur. i. q. i. reperiunt. Si aūt prelat⁹ negligat corripere: grauiter peccat. 2. q. 7. quinec regiminis. Et est deponendus. di. 8i. dictum. Si vo excedat duꝫ corrigit ex charitate non cogitur a subditis veniā postulare: nisi velit facere ex humilitate. Caueat tñ ne dū nimia seruat humilitas: regēdi frāgatur auctoritas. di. 86. qñ. Si aūt ex odio modum excesserit: tenet veniā petere. Math. 5. Si offers munus tuum ante altare ꝛ re. ꝛc̄. Parcitur tamē facilius p̄latis q̄ꝫ p̄uatis personis: quia in cura rei familiaris: vix vitatur peccatū. di. 25. qualis. Circa p̄dicationeꝫ p̄lati cōsiderandum ꝙ in eo debet esse interius charitas ardens: exterius vita lucens: scientia sufficiens: ꝛ actus predicandi conueniens. Et in actu predicandi debet attendi primo temporis opportunitas. 2° loci honestas vt. s. predicetur in locis publicis ꝛ honestis: non in priuatis ne suspicio nascat̄: ꝛ ex hoc heresis di. 30. si quis. Possunt tamē in locis p̄uatis dicere aliqua verba bona p modūꝫ simplicis exhortationis: ex̄ de here. cū ex iniūcto 3° auditorū ꝛ dicendoꝝ qualitas: vt. s. sapientibus dicant̄ alta: simplicibus vero plana. i8. q. 3. inter ceteros. Sciendū etiā ꝙ non debet cessare a correptiōe vel p̄dicatione ꝓpter subsannationem. di. 43. scimus. Et hoc intellige vbi aliqui boni sūt inter malos: vel si sint oēs mali: spes tamen sit de correptione. Al's si sint omnes obstinati ꝛ nulla spes sit de correptione: imo forte fierent peiores ex p̄dicatione debet tacere ꝛ dicere cū Hiere. i5. Solus sedebam: qꝛ amaritudine plenus eram. Vel pōt ad alium locū se transferre: vbi posset aliquem fructum facere: secundū illud Math. io. Si vos psecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Et de h̄ habent̄ plura. 7. q. i. §. hoc tūc seruādū. 2. §. nūc aūt. 2. c. ibi. ꝛ. 43. di. sit rector.

De modestia. ti. i4°.

Einde ꝯsiderā/

dum est de modestia ordinandi: de q̄ dicit apostolus ꝙ oportet ordinandum esse non percussorem: sed modestum: de qua etiā h̄r 45. dis. p totum. Et p̄mo dicendū est de multiplici percussione ꝛ pena eius. 2° de homicidio spūali ꝛ pena eius. 3° de homicidio lingue ꝛ pena eius. 4° de homicidio iusticie ꝛ pena ei⁹. 5° de homicidio necessitatis ꝛ pena eius. 6° de homicidio casuali ꝛ pena eius. 7° de homicidio voluntario ꝛ pena eius. 8° de quibusdā dubitationibus circa istā materiā. 9° de dispensatione que adhibet̄ circa percussores ꝛ homicidas. Circa p̄mum sciendū: ꝙ duplex est pcussio. Una spiritualis: que fit malo ꝛ inutili sermone: cum. s. indiscretus prelatus inutili sermone corda pcutit infirmorum. Et hec semp ꝓhibetur qꝛ mala. di. 45. c. vltimo. Altera est corporalis: que fit corporaliter manu vel flagello vel simili: verberando. Hec fit aliquando ex malitia vel odio: vel vt verberans magis timeatur. Et tunc prohibetur: quia ē peccatum mortale. Et taliter verberās debet corrigi: etsi se non correxerit debet deponi: ex̄ de cle. percus. c. i. Et loquimur de constituto ī ordine sacro. di. 45. c. i. ꝛ. c. episcopum. Unde crimē percussionis semel cōmissum ad depositionem non sufficit vt dicit Ber. ibidem nisi enormiter leserit di. 55. si euangelica. Aliquādo fit ex charitate ꝛ cā correctionis. Et sic est licita omnibus potestatem habentibus in subditos suos. di. 35. ante omnia. ꝛ di. 45. cum beatus. Ita inquam debet subditos disciplinare superior: vt eum subditis matrem pietas: disciplina vero patrem exhibeat. e. dis. §. hinc etiam alibi possunt. c. illud. Episcop⁹ autem nullum debet suis verberare manib⁹. di. 86. non liceat. Potest tamē peccantes subijcere per alium verberibus. 5. q. 5. illi q̄. Non tamen per laicum: sed per clericum si cleric⁹ sit verberandus: vt habetur. ī. li. 7. ti. 2. casu. i2. Circa vero subditos ꝛ crimina sic distingue: quia aut est clericus secularis: aut regularis. Si secularis aut est in ordinibus minoribus: ꝛ talis a clericis ꝛ pro leuioribus culpis licite verberatur. di. 45. §. salomon. dum tamē hoc fiat per eum ad quem ptinet: ex̄ de sen. ex. cum voluntate. §. vlt. Aut est in maioribus: ꝛ talis verberari non debet nisi ꝓ maioribus criminibus. di. 35. ante omnia. ꝛ. dis. 45. cum beatus. Alioquin verberans incurrit excōmunicationem: a contrario sensu: extra de sen. ex. cum volūtate. §. si qui vero. De hoc vide. ī. li. 7. ti. 3. inter casum. i6. ꝛ. i9. Si auteꝫ sit regularis: talis s̄m regulam suam verberatur: etiam pro leuibus culpis: ex̄ de appella

reprehensibilis in fine τ de accusa. qualiter τ quando in fine. Caueant tamen plati regulares vt non nisi ex charitate: τ cā regularis disci/pline vberent fratres subditos τ conuersos: τ hoc p se vl' p alios regulares: vel clericos se culares. Nam si p laicum nisi in casu. s. quan do penitus sunt incorrigibiles: vel etiā si p cle ricum vel regularez: sed non ex charitate vel saltē informi dilectione: vel cā correctiōis: τ mandans τ verberans inciderent excōicati/onem. Et iste est casus qui ponit' ex. de sen. ex. vniuersitatis. fm Ray. Potest ergo abbas vel prior licite monachū vel cōuersum cā di/scipline verberare ppria manu. Unde beatus Grego' scribit beatum Benedictū quēdam monachum pcutiendo sanasse: quez crebra monitione non poterat curare: vt habet' dis. 45. §. salomon. Intelligit aūt Rod. q nō ē tu tum q platus regularis faciat subditos vbe rari p laicos conuersos: q2 illud. c. vniuersi/tatis. non vr' sibi ɔcedere q hoc faciat abbas nisi p clericū vel monachum. Sunt etiā qdā alij casus in quibus licite pcutitur cleric' a quocūqz clerico vel laico: vt habebit'. i. li. 7. ti. 3. ō pcussione. Uide etiā illud qd notat'. i. ar. 8. ppe fi. §. itē nota q nō tm.

Sequit' videre de. 2. ar. s. ō homicidio spūali τ pena eius. Quia eni ad pcus sionem qnqz sequit' homicidiū: ideo hic dicendū ē de pena homicide fm can. Ho/micida aūt diuersimode punit' fm q homici/dium diuersimode cōmittit'. Ideo simul ē vi dendum quot modis homicidiuz ppetratur. Sciendū igit' q homicidium qnqz comittit' spūaliter τ interpretatiue. qnqz corporaliter. p modo cōmittit' dupliciter. s. omittendo vt cum quis videt primum in extrema necessi/tate: τ non subuenit cū posset subuenire. Et sic dicit' di. 86. pasce fame moriētē: si non pa/ueris occidisti. Et cōmittēdo. s. corde ore τ ope. Corde. s. odiendo. i. Jo. 3. Qui odit fra/trem suū homicida est. Ore s. detrahēdo. Unī beatus Petrus detractores dicit esse homici/das. Et malū suadendo siue consulēdo. Unī Aug. Si fratri tuo mala psuades occidis. Il le eni qui odit in corde occidit: q2 vellet non esse: aut nō bene esse quē odit. Detractor vō primum occidit in cōscientia alteri': in qua viuebat p bonam opinionē. Persuasor mali primum occidit in consciētia eiusdē: in qua viuebat p bonam voluntatē: τ post morit' per peccatum. De his tribus dicit' de peni. dis. i. homicidiorum. ois iniqtas noli putare. Opere aūt pprium cōmittitur scandalizando p ma/lum exm. Unde Grego'. in pastorali dicit: q mali prelati tot mortibus rei sunt: quot ad subditos pditionis exempla trāsmittūt. Et generaliter ois iniquus motus ad nocendū fratri computetur de genere homicidij. Pēa pdictorum homicidiorum est pnia.

Sequit' de. 3°. s. homicidio lingue τ pe na eius. Circa quod sciendū q corp aliter τ vere cōmittit' homicidium in diuisione aīe a corpore. Hoc autez contingit dupliciter. s. lingua τ facto. Primo ergo dicē dum ē ō homicidio: quod cōmittitur lingua. Cōmittit' aūt lingua tripliciter. s. pcepto cō/silio: τ defensione. De pmo τ 2° exemplū p se patet. De. 3°. s. de defensione est exempluz cū quis dissuadendo retrahit a pposito bono hominem volentem liberare aliū a morte: τ sic quodāmodo indirecte fit homicida: quod est intelligendū si dissuadeat corrupta inten tione. Secus esset si hoc faceret: vt a piculo si ue dāno illi pcaueret. Potest etiā poni exem/plum fm Rod. de defensione rei in cā crimi/nali p aduocatum vbi actor nisi pbauerit te/netur ad talionem. Quolibet aūt triū pdicto rum modorum cōmissum homicidium dicit Ray. esse mortale peccatum. Sed hoc intel/ligas sane. s. de pcepto iniusto: vel eius q non habet auctoritatē pcipiendi: τ de ɔsilio iniu/sto: siue corrupta intentione dato: τ de defen/sione iniusta siue corrupta intentione facta: vt pdictum est. Als si iusto pcepto iudicis vl' potestatis: si iusto consilio assessoris τ legitia intentione interueniat homicidiū: nullū cō/mittit' peccatuz. Primū pbatur. 23. q. 4. que situm. 2m ibidē. c. illud. 3m. 23. q. 8. §. his ita. vsqz ad. §. in registro. Huius homicidij pena . s. cōmissi lingua est irregularitas: q etiā post penitētiam pactā impedit pmouēdum: τ deij cit etiā promotum. de pe. di. i. c. piculose. τ. di. 50. si quis viduam. Sciendum aūt q cum dicit' homicidium cōmitti ɔsilio: h fm Rod. intelligit' de consilio exhortationis vel appro bationis: non de consilio simplicis credu/litatis vel responsionis. Innoc. vero ex. e. ad audientiam. i. dicit. q tunc quis cōsilium vel mandatū in mortem alteri' dedisse intelligi tur: quādo hoc suasit vel rogauit vel manda/uit vel alias consuluit: vtilitatem ostendēdo que consequeret'. Quid est de eo qui non consuluit homicidium: sed illud ex quo seqt' homicidium. Rn̄det Innoc. ex. e. ad audiē tiaz. i. q talis fit irregularis: vt si suasit iactū machine: vel baliste: vel q eatur ad capiendū castrum: qd non pōt facile capi sine morte homi nū: si ibi inueniat homicidiū in capiendo ca strum: irregularis erit. Secus videtur qui/

busdam si mandet q pditorie vel furtiue capiatur. Tunc eni licz illi qui ad hoc vadunt aliquē occidant: consiliarius pter hoc non erit irregularis: nisi verisimile esset q hoc sine homicidio fieri non posset. Alij dicunt et forte melius: q cum opus illicitum cōsulat erit irregularis si mors inde sequat: ar. ex. e. continebatur. Idem si mandauit aliquē verberari: quia satis verisimile est: q se defenderet. Secus est si consuleret licitum opus: vt q caperetur maleficus vel alius consimilis: etiaz si mors inde sequatur quia hoc non cōsuluit ex. e. c. fi. Semp tamen fit irregularis si directe mortem alicuius cōsuluit: ex ne clerici. sententiam. Nec refert vtrum statim post consilium fiat homicidium: vel post longum tēp9 nisi consiliarius reuocet consilium primum. Immo etiā necessarium videtur q occidendo nunciet q sibi caueat: nisi pbabiliter credat q ille cui consuluit a pposito resipiscat. In eo aūt qui pro se fieri mandat homicidium sufficere videt q tm̄ mandet contrariū vt pacem cum occidēdo ineat sciente eo cui hoc mandauerat. Ratio diuersitatis hui9 est quia qn̄ aliquis vult mādato alterius et pro alio tm̄ occidere: videtur q contrario mādato vel cōtraria voluntate ostensa debeat cessare. Sed qn̄ pro se: tunc ille qui consuluit sēper debet dissuadere: et etiam plus facere si cōscientia dictat: caute tamen ne aliquē pdat. Si aūt ille cui consuluit prius occidat q̄z reuocet consiliuz: etiam si pus penituerit vr̄ q irregularis erit. Hec Innoc. Et eadē poit. Hosti. in glo. ibidem. Quid si alicui cōsulat q aliquem occidat: et ille occiditur ab eo quē occidere volebat: R° fm Innoc. ibidez. s. in. c. ad audientiam. Aliqui dicunt q ē irregularis: qz consuluit illicitū opus. Alij dicunt cōtrarium: quia non consuluit i mortē huius: sed alterius. Nisi fraudulenter consuluisset vel nisi verisimiliter in occidendo mortis piculum esset. Magis tamen Innoc. vr̄ sentire cum primis. Et eadē refert Host. ibidem. Quid si quis consulat alicui: q se in mare proijciat: vel al's se interficiat: Rn̄deo. Credit Innoc. ibidem. q sit irregularis si h̄ ille faciat: ar. di. 50. si quis viduam. Quid si aliqui custodientes laborantē in extremis de consilio alicui9 vertant eum sup aliud latus vt citius moriatur: Nunquid hoc cōsulens et facientes ex hoc fiunt irregulares: R° fm Rob. q sic: si ex versione tali citius moriatur quia forte anhelitus via pcluditur: vel ex violētia motus: apostema rumpitur et suffocatur. Nec cum eis pōt per episcopum dispensari: lz de peccato possint a prelatis suis absolui: siue sint seculares: siue religiosi Hoc saluo q a talibus nō possunt absoluere simplices presbyteri: si talia retinuerunt sibi epi. Si aūt ex hoc non citi9 moriat: non fiunt irregulares: sed eis sufficit penitere de peccato et de mala intentione. Si vero dubitet an iō mors fuerit subsecuta: deponāt ad arbitriuz boni viri leuem et temerariam cōsciam: al' tutiorem eligant viam: ar. ex de sen. ex. inquisitioni. Nec est credendum si fiat aliquid tale fm sortilegium alicuius vetule: puta si ponat securis ad caput morientis q ex hoc citi9 moriatur: cum talem virtutem non habeant huiusmodi sortilegia. De peccato tamen debet agi penitentia. Hec Rob. Quid de illo q̄ volenti pre timore mortis fugere consuluit q remaneret et ipse ei pacem procuraret cū illis qui volebant cū interficere: et sic remansit et interfectus est ab illis: Nunquid ille cōsulēs ex h̄ irregularis erit: Rn̄deo. Si cōsulens ille cām probabilem habeat credendi: q si ille remaneret: piculum ei nō imineret: puta cum esset pater vel dn̄s vel intimus amicus querentium eum occidere: merito poterat presumere posse eos ab illo pposito cohibere: non fit irregularis. Sed al's fit. s. si non habuit probabilem credulitatem: sed temerariam presumptionem: et maxime si lata fuit culpa vel negligentia que est prope dolum.

Quid si quis querenti in genere an licez xp̄iano occidere paganum: non animo suadendi sed exponēdi: quid de hoc sentiret hoc licere respondēt: Rn̄deo. Non credit Rob. q ex hoc fieret irregularis: licet ille confidēs de tali responsione postea occideret paganū: q̄uis etiam respondendo errasset. Quid si iudex secularis consulat clericum peritū: Rn̄deo. Clericus cōferendo generaliter cū ipso dicere potest: fures incendiarij et homicide sic debent puniri de iure ciuili. 5. q. 6. delatori. nō descendendo ad aliquod factum speciale: vt sic potius consulentis q̄z suggerentis opera fugatur. ff. de questionibus. l. i. §. ad qōnem. Si tamen clericus sciat vel credat iudicem habere coram se cām criminis: de q̄ querit responsionem: caute declinet: nisi posset recta conscientia reducere cām criminis ad ciuilē. Sic potest intelligi illud. 23. q. vlt. pessimam: i sūma. Hec Goff. Quid si clericus errauerit respondens fornicatores eē puniendos ad mortem: et iudex secutus ei9 responsionem puniat tales ad mortē: Nunquid irregularis erit qui sic respondit: R°. Si clericus ille reputet iuriscōsultus: et sup

hoc consuli consueuit: et respondere cōsultus distingue: quia si errauit in apicibus iuris: et vbi sunt opi. varie peritorum: respondit fm opi. suam in qua etiam erant aliqui periti: non erit ex hoc irregularis: dum tamen responderit super hoc esse varias opiniones. Si aūt ignorauerit ignorantia crassa et supina vbi nullus iurisperitus pbabiliter dubitaret: si sequatur mors ex eius responsione irregularis erit cum fuerit in culpa lata. Si vero nō reputetur iurisperitus: sed simpliciter dixit illud qd de talib⁹ sentiebat: cū nō p̄sumēt nec p̄sumere deberet q̄ sequeret̄ ei⁹ p̄sumptionem non erit ꝑpter hoc irregularis: si nō respondit in casu de facto. Si autē responderit scienter in cāu de facto ꝑticulari: et ex h̄ mors sequatur: erit irregularis cum fuerit i culpa sic respondendo. Hec Rod. et argum̄. ad vltimū membꝝ: ex̄ de exces. prela. ex lr̄is in tex. et glo. Quid si quis alicui suadet q̄ exponat se periculo pro patria sua: vel p iure suo: R°. fm Innoc. ex̄. e. ad audientiam. q̄ non est irregularis: etiam si ibi moriatur ille cui cōsuluit. 23. q. 3. pro membris. et. c. se. ii. q. 8. et. c. se. Sed si sciret eum ibi moriturum: tunc videt̄ q̄ fiat irregularis. Et idem dicit Host. ibidē

Quid si quis alicui cōsulat q̄ se exponat morti indubitanter p xp̄i honore: vel p fide: vel p statu ecclesie: Rn̄deo fm Innoc. ibidē q̄ non fit irregularis etiam si mors inde seq̄tur: quia xp̄us subijt mortem pro nobis: et sācti martyres mortui sunt pro xp̄o. Idē dicit Hosti. ibidem. Unde etiā inquisitores hereticorum excusantur ab irregularitate: q̄ sciunt q̄ statim cū ꝓnūciāt aliquem esse hereticum debet occidi. 23 q. 8. legi. et. q. 5. si audier fm Guil.

Equit̄ videre de. 4°. s. de homicidio quod cōmittit̄ in foro iusticie et de pena eius. Facto enī comittit̄ homicidium quadrupliciter. s. iusticia: necessitate: casu: et voluntate. De quolibet hoꝝ dicenduꝫ ē p ordinem. Et primo de homicidio quod cōmittitur iusticia. Circa quod sciendu: q̄ hoc fit cum iudex malefactorem iuste condēnat ad mortem: vel ministri. i. officiales siue executor sententie iudicis a iudice iussus iuste cōdēnatum occidit. Neuter enim peccat dūmodo non ex odio ꝑsone: nec ex delectatione fundendi sanguinē: nec amore spoliorū: nec p precio: sed pro sola iusticia et obediētia cum cordis dolore et cōpassione hoc faciat. Probātur hec ad Ro. 13. Dei enī minister iudex est in eo qui male agit. Loquit̄ de illo ad quem ꝑtinet facere iusticiā. 23. q. 5. miles. cū minister. cum homo. et in pluribus alijs capitulis eiusdem questiōis. et di. 86. odio. et di. 45. vera. Pro homicidio aūt isto. s. iusticie facto iusta et recta intentione nulla imponit̄ penitentia. Ex ipso tamē homo irregularis efficitur. Unde irregularis est quicūq; in cā sanguinis fuerit iudex: assessor: procurator: aduocatus actoris: vel etiam rei: fm quosdā officialis: testis: notarius sn̄iam ꝓferens vel scribens: legens: vel dictans attestationes: examinationes: lr̄as p vindicta sanguinis destinandas: ex̄ ne cle. vl̄ mo. sententiā sanguinis. et. c. clericis. et ex̄ de exces. prela. ex lr̄is. et. di. 51. aliquātos. et. c. si quis post. Si tamē nō sequatur mors vel effusiio sāguinis pōt episcopus dispensare: vt infra dicetur. Itē fm Inno. clericus nō debet scribere testes in forma auctentica: si tamen scribat: non in forma auctentica non fit irregularis. Dicunt etiā Innoc. et Host. ex̄ ne cle. c. penult. q̄ qui scribit testes in cā sanguinis non fit irregularis: nisi sequatur homicidiū. Dicit etiam ibi Hosti. q̄ si quis scribat q̄ aliquis capiatur et in captiōe occidatur: fit irregularis: lꝫ scribens causam ignoraret. Quid de epo vel alio prelato qui habet iurisdictionem tēporalē in aliq̄ villa vel castro: Nūquid intromittere se pōt de faciēdo iusticiam aliquo modo: Rn̄deo. q̄ debet ibi constituere iudicē ꝑsonam secularem: qui causas audiat: et p̄cipue causas sāguinis: cui potest et debet p̄cipere q̄ firmit̄ teneat iusticiā. Et si iudex ille querat ab eo q̄d agi debeat de aliquo dep̄rehēso in crimine p quo de iure debeat ifligi pena sanguinis: pōt respondere. hoc nō ꝑtinet ad me: quere iurisperitos. Quinimo pōt etiam ei iniungere vt sup hoc veraitem inquirens iusticie debituꝫ exequatur. Nec fit ex hoc irregularis: lꝫ puniat eum pena sanguinis: quia lꝫ clericis nō liceat cās sāguinis agitare: licet eis tamē qui iurisdictionem obtinent tpalem: quā debent et possunt sine metu irregularitatis alijs delegare. Et si appelletur ad eos iteruꝫ alijs delegent. li. 6. ne cle. vel mo. epus. Caueat tamen p̄latus ne ꝑpter suam mōnitionem directam vel indirectam iudex intelligat q̄ eū pena sāguinis punire debeat. ex̄ de exces. prela. ex lr̄is.

Sed nunquid fit q̄s irregularis ex hoc q̄ presens est vbi exercetur vindicta sāguinis: Rn̄deo. Prelatus habens iurisdictionē non debet interesse cāe sanguinis: neq; executioni sententie sanguinis: quia cito posset incidere causam depositionis: quia videtur interēe tāq; auctatē p̄stās vt hēt i o. c. ex lr̄is. Alīāt vbi p̄lat⁹ ex sola curiositate intfuit: nec ꝯsiliū

auxilium vel fauorē aliquo modo ad hoc de dit: ex hoc non fieret irregularis: tamē grauiter peccat. Quid de iudice vel officiali vel milite vel aduocato: qui in cā sanguinis recepunt huiusmodi officia: tamen non sunt executi ea? Rn̄deo. Hug. notat. 51. di. si quis. q̄ non sunt irregulares. Judex tamen qui cām sanguinis examinauit: et aduocat⁹ q̄ in ea stetit: et officialis qui opam ad effundendū sanguinem ex suo officio dedit: sunt irregulares lз mors vel effusio sanguinis inde secuta non fuerit. Et idem dicēdū est de illo qui ex odio opam ad occidendum aliquē dedit sed tam̄ non occidit nec mutilauit. Cum talibus tamē episcopus dispensare poterit. De milite vero dicit Hug. q̄ si fuit in bello et p eum non stetit quin occiderit repellendus videt̄ ꝓpter duplicitatem: quā in tali facto habere potuit Si autē ibi non pcussit: nec ad hoc opam dedit: lз ibi fuerit nō repellit̄. Hec Rob. Quid de clericis illis qui iuris ignari zelo fidei: et p indulgentia habenda portauerunt ligna, pro hereticis comburendis? Rn̄deo. Si materia quā tulerunt coopata est ad mortē eoꝝ sunt irregulares: nec dispensatur cū eis nisi p papam. Si aūt nihil fuit coopata: q̄ forte erāt mortui anteq̄ͣ essent accensa nō sunt irregulares: vel saltē ep̄us potest cum eis dispēsare. Si aūt ꝓbabiliter dubitent vtꝝ sic vel sic acciderit: certi tamē sint q̄ illam materiā in igne posuerint: retineant certū et dimittant incertum: nec sine pape dispensatione ministrent nec ꝓmoueantur: extra de temp. ordi. ad aures. et di. 50. ō his. i. Hec Rob. Itē fm Ray. clericus benedicens aquā feruentem vel ferrum candens vel pugiles fit irregularis si sequatur homicidiū. Sed Rob. credit contrarium. Dicit tamen: q̄ dicere contrarium nō est securum.

Equitur de 5°. s. de homicidio quod cōmittitur necessitate: et de eius pena et sub hoc membro dicit Ber. ex̄. e. sic dignum. cōtineri homicidiū quod cōmittit̄ ō fensione. Et fm eundē Ber. ibidem: et alios magistros cōiter distinguit̄. q̄ aut necessitas illa fuit euitabilis: aut non. Si sic: q̄ potuit sine occisione euadere: reus est homicidij: et tā q̄ͣ homicida pn̄iam agere debet: nec ad maiores ordines ascendet. Nec etiā in susceptis toleratur: nisi ex magna dispēsatione fm aliquos scз Ray. et Ber. Scōm aliquos vero. s. fm Goff. post pactam penitentiā de iure cōi potest officium ordinis exequi iam suscepti: sed ad supiores non ascendet sine magna dispensatione. Sic intelligunt diuersimode illud di. 50. ō his clericis. c. i. et z. Et fm Ray. necessitas euitabilis intelligit̄ nō tm̄ in eo q̄ tempe occisionis homicidium vitare potuit: sed etiā de eo qui culpa sua ad talem necessitatem deuenit. Vel fm Rob. qui potuit precauere ne in talem necessitatem incideret: vt cum quis videns exercitum venientē ad obsidēdū castrum cum fugere posset: inclusit se intra castrum in nullo ptinens ad eum et p⁹ ea necessitas est secuta. Secus est fm Rob. si domicilium vel res suas ibi habeat quas seruare volebat. Si aūt necessitas illa fuit ineuitabilis: et occidit hominē sine odij pmeditatione: imo cum animi dolore vt se et sua liberaret: cum aliter non posset: nec peccat nec penitere tenetur: nisi ad cautelam ꝓpter dubietatis siue duplicitatis ambiguum: quia potest timere q̄ i aliquo excesserit: vel ne ex indignatione vel iracundia aut libidine vindicte: et n̄ ex necessitate se defendendi motus fuerit: vt dicit̄. 23. q. 5. excōicatoꝝ. Ita corde tamen semper debet dolere: et quasi peccatis suis ascribere q̄ tantam necessitatē inciderit: vt sine homicidio liberari non potuerit: quia vt dicit Gregorius Bonarum mentiū est ibi culpaз agnoscere vbi culpa nō est. ex̄. e. interfecisti. et di. 5. ad eius. in fine. Talis autē homicida non est irregularis: vt est expressum di. 50. q̄ et extra. e. c. z. et. 3. et. c. lator. Hosti. autēз dicit: quicq̄d dixerunt alij q̄ non fit⁹ irregularis quando non potuit vitare: vt cum quis fugiendo se defēdit timens mortē si caperetur: et alius sequebatur eum iniuste. Secus est si iuste: ar. ex̄ de eta. c. i. Et quod dicit̄ extra. e. c. z. in fi. peniteat. expone. i. penitere bonum est. Sed hoc intelligit quādo piculum corporis iminet. Secus est si de rebus timet: ar. ex̄ e. suscepimus. Aliqui vero ponūt exempluз tale: vt Ber. ex̄. e. sicut dignum. in glo. nūq̄d in fine. Clericus tenebat gladiū in manu ad suam defensionem: et paganus irruit in eum: ita q̄ clericus nullo modo potuit euitare: et sic ille interijt ex gladio preter ꝓpositum tenentis illum. Sed secundum Hosti. hoc homicidium potest dici casuale. Nunc autē est expssum li. 7. de homicidio volunta. vel casua li. si furiosi. q̄ si quis aliter mortē vitare non valens suum occidat vel mutilet inuasorem non fit ex hoc irregularis.

Equit̄ de 6°. s. de homicidio quod cōmittit̄ a casu et pena eius: vt cum q̄s arborē incidit: et arbor cadens aliquē oppͥmit: et similia. Sed hoc est distinguendū fm Ber. extra. e. sicut. et etiaз fm alios magistros: quia aut datur opera rei licite: et debita

diligentia adhibetur puta cum qs campanas pulsat: cãpana cadit z aliquẽ interfecit. Ipse aũt casum non preuidit: z q̃cito casũ sentit clamat: caue caue. Hoc exẽplum ponit̃ extra .e. Iohãnes. Scdm hoc intellige illud ex eo. dilectus. Et plura alia habent extra .e. lator z .c. ex litteris. quidã. significasti. z di. 5o. hi q. sepe ꝯtingit. si duo. Et tunc in nullo imputatur. Unde nec peccatũ ibi cõmittitur: nec irregularitas in ordinibus susceptis vel suscipiendis cõtrahitur: vt patet ĩ iuribus p̃dict. Aut opa rei licite datur: sed diligẽtia debita nõ adhibetur: vt cum quis arborẽ suã incidit z quãdo est ꝑpe casum nõ circũspicit: nec clamat tempestiue z alte: caue caue. Et tũc si aliquis ex casu arboris occiditur illi imputat̃. Aut opa rei illicite datur: vt cũ quis arborez alterius incidit: z cadens arbor aliquẽ occidit. Et etiã illi imputat̃: z hoc siue diligentia debita adhibeat̃: siue non. Et in his casibus irregularitas in suscipiendis: z in susceptis ordinibus ꝯtrahitur: nisi per papam dispensetur: vt habet̃ extra .e. sicut. z .c. continebat̃. z di. 5o. clerico. z .c. clericũ. z .c. hi qui arbores. z in pluribus alijs capitulis eiusdẽ distinctionis. z extra .e. sicut. Quid de clerico q̃ ludebat ad ludum quendã cũ laico: cuius ludi ꝯsuetudo erat ꝙ obtinens ludum equitabat sociũ: cũ aũt laicus illũ ludũ obtinuisset prosiluit sup clericũ equitaturus eũ: z tũc falce illius clerici qua accinctus erat vulneratus fuit: ex q̃ post paucos dies decessit? Quid etiã de clerico ludente cũ alio clerico quem ille alius clericus ad terraz ꝓijciens a cultello quẽ ad latus habebat grauiter vlneratus occubuit? Rñdeo. In primo casu cleric⁹ ille fit irregularis: ita ꝙ nec ad minores ordines ascendet: nec in diaconatus officio ministrabit vllo tempore: nisi cũ eo per papaz dispensetur. Poterit tñ ĩ subdiaconatus officio ministrare ex dispensatione episcopi: extra eo. ꝯtinebatur. In 2° vero casu clericus ille z ordinibus habitis vtet̃: z ad maiores ordines ꝓmouebit̃ fm aliquos de iure cõi: qd laudat Ber. Scdm aliquos vero ex dispẽsatione pape. Sic diuersimode intelligũt diuersi illud extra .e. lator. Sed cũ idẽ casus videat̃ prim⁹ z secundus: q̃d ẽ ꝙ tam diuersimode de ipsis iudicatur? Rñdet Ber. in glo. illius .c. ꝯtinebatur. ꝙ in primo casu dabat opam rei illicite ludendo cum laico: qd nõ licebat. 2. q. 7. laicos. Non adhibuit etiã diligentiam quaz debebat: quia cum sciret falcem z ludi ꝯditionem nõ remouit a se falcẽ: z sic in culpa fuit. In 2° vero ludebat cum clerico z ludo licito z non sperabat aliquid mali futurũ de cultello illo: z sic non fuit in culpa: sed ille q̃ ꝓiecit eum ad terraz. Et cõuenit cũ predict. Bar. di. 7o de his clericis. Quid si qs lapidem ꝓijciat ludendo post aliquẽ: z ille volens declinare lapidem illuz impingit in lapidẽ aliũ vel alias accidit z moritur? Rn° fm Inno. ex eo. exhibita. Talis est irregularis: quia ille ludus est noxius. Et idem dicit Hostien. in glo. ibidem. Sed quid si talis non ꝓpter lesionem a casu q̃ nõ est de se mortifera: sꝫ ꝓpt̃ imperitiam medici z incuriam penes eum laboribus z sudoribus expositũ moriat̃? Rn° ꝙ non est irregularis fm Ber. in .c. exhibita. Inno. tñ intelligit hoc quando lapis q̃ ꝓijcit̃ nõ prestitit cãz ruine: al's secus est. Quid de clerico q̃ iaciendo lapidem casu puerum occidit? Rn°. Ex dispensatione põt remanẽ in suo ordine. di. 5o. clerico. Hoc est verũ fm Io. si dedit operam rei licite: puta expellẽdo porcos de agro: non tamẽ adhibuit diligẽtiã debitã. Al's ĩ nullo puniret̃. Quid si ludãt aliq̃ cum pila: z pila manũ tondẽtis aliquẽ ita fortit̃ impellat ꝙ illũ quẽ tõdet occidat? Rn°. Si tõdebat ibi vbi ꝯsueuerat ludi z ille qui tondebatur scienter faciebat se ibi tonderi: imputatur sibi. Si aũt illud periculum ignorabat: imputabit̃ tondenti. ff. ad .l. acq̃. Itẽ mela zc. Si quis impellat me in alium vel alium in me: z ille moriat̃ nũquid teneor Item aliquis vult me pcutere z dum eleuat ictum de gladio pcutit alium z moritur. Itẽ aliquis me impellendo retro cadit z morit̃. Item aliquis ferrat equũ z sedens sup equũ cadit z moritur: nunquid in his casibus fit iste irregularis: preter cuius voluntatẽ mors accidit? Rn° fm Hug. dis. 5o. sepe. ꝙ non: nisi fuerit in fraudem q̃tum ad primos tres casus: vel in culpam tantum q̃tũ ad vltimum. Hec Rob. Quid si qs habet ceruum vel leonem qui aliquẽ occidit? Rn° fm Inno. ex .e. ad audientiã. Nõ videt̃ ꝙ fit irregularis: dũmodo nõ habeat maliciã latentem: vel culpam in mortem alicuius. Non enĩ videtur ꝙ leuis culpa vel negligentia ei debeat ĩputari. Alij dicũt ꝙ fit irregularis si quid possit sibi imputari. ar. dis. 5o. hi qui arbores. z .c. sepe. Et eadem refert Hosti. ibidem. Quid de presbytero qui ascendit sup equuz vt iret aliquantulum ad spaciandũ: qui equus cũ pret sessoris arbitrium lasciuiret saltibus: ipse vt eũ refrenarz stimulauit: fractoqꝫ freno equ⁹ ibi relictus currens sessorem proiecit: z puer quendam oppressit? Rñdeo. Presbyter ille in nullo ex hoc tenetur: quia nec voluntate

nec facto occidit:nec rei illicite operā dedit. Unde in nullo est irregularis:ex̄.e. dilectus. vbi dicitur de hoc. Et dicit ibi Ber. q in culpa esset si frenū de leui rumpi crederet:ar.ex̄.e. significasti. Uel si ꝑpter eius imperitiā equus lasciuiret.insti.ad.l.acquil'.§.impetu quoqꝫ. Et idem esset si ꝑpter eius infirmitatē ꝛ impotentiam. Si vero hoc accidat ꝑpter vitium equi:qꝛ.s.est durus bucca:aut hoc sessor ignorat ꝛ tunc nō imputatur sibi. aut scit: ꝛ tunc imputatur ei ꝛ fit irregularis: qꝛ debuit scire se non sufficere ad retentionē eius:vt habet in.c.significasti.

Sequitur videre de.7°.s.;de homicidio qđ cōmittit voluntate:ꝛ de ei9 pena.

Circa quod sciendum: q tale homicidium ē enorme peccatum ꝛ grauit puniendū Nā ꝑ tali homicidio ſm can.est iniungenda pnia.5.vel.7.an.vt dictum est supra li.5.ti.3i. Quā si facere renuerit:si sit laicus excōicat: si aūt clericus siue ꝑ accusationē siue ꝑ inquisitionē sit conuictus degradat: nisi cū eo misericorditer dispensetur:vt dicitur di.50.si qs voluntate.ꝛ.c.si quis viduā.ꝛ ex̄ de accusa.inquisitiōis. Secūdū tñ aliquos vt dicit ibidē in glo.cōuictus per inquisitionē officio ꝛ bñficio priuatur. Priuatur inquā non tñ deponit Si aūt humiliter pniam sustineat:nihilominus clericus deponitur.s.ab officio ꝛ bñficio vt habet extra.c.sicut dignū.ꝛ in.c.si qs viduam.etiā si paganum occiderit vt di.50. clericum qui paganum. Nec cū eo dispensatur vt infra videbitur. Laicus aūt ad ianuā eccl'ie semper iaceat:ꝛ in fine vite sue cōmunionem accipiat: vt dicitur in.c.si qs volūtate. Hoc intelligitur ſm Jo.si decesserit anq̄ꝫ penitētiā cōpleuerit:qꝛ postq̄ꝫ eā cōpleuit cōionem sumit.26.q.6.si quis de corpore.Scđm āt leges altiores in exilium deportant humiliores vo bestijs subijciuntur.ff.e.ad.l.cor.de sicca.l.3. §.vlt.ꝛ.l.penul.ſm Azo. Uel ſm Hosti.si qs accusetur ad.l.cor.de siccarijs.ꝛ cōuincat capite punitur: quādo accusat q hoiem interfecerit:vel q ꝑ eū nō steterit:vt insti.de publi. iudi.§.Jtem lex cor. Et sic in vero hoicidio quilibet capite punit:ſm illud xp̄i. Qui gladio percutit gladio peribit.Sed quādo accusatur ex eo q hoicidium interpretatiue commisit:vel quando constat de hoc ꝑ inq̄sitionē locum habet dictū Azo.vt dicit Hostien. Patricide aūt ſm leges:vt dicit Hosti.ꝛ Goff.ti. de his qui ad eccle. Al's pena est vt virgis sanguineis verberat9 in eculeo: vel in sacco corij cocti insutus cū cane:capone: vipera:ꝛ simia in maris profundum vel flumen proximum iaciatur. Si autem mare vel flumen proximū non inuenitur bestijs subijcitur.C.e.l.i. Habet aūt hec pena locum in ascendentibus in infinitū:ꝛ in quibusdam collateralibus:ꝛ q̄busdaꝫ affinibus.s.vxore: viro:nuru:genero vitrico: priuigno:socero:patrono.ff. eo.s.ad .l.pompe.parici.l.i. Jteꝫ qui prestiterūt opaꝫ de eadem lege tenentur: ꝛ etiam durius puniuntur.ff.e.ad.l.pompe.l.si sciente. Jtem q̄ venenum emit vt patri daret lege eadē tenet lꝫ dare non potuerit.ff.e.ad.l.pompe.l.i.in fi. Jteꝫ homicide reputant ſm leges qui vadūt aio capiendi ꝛ occidendi:licet non occidant. Et debent occidi tanq̄ꝫ interfectores vel q̄si sed non sunt irregulares nisi actu occidant. Similiter qui ferunt opē occisori dando auxilium consilium vel fauoreꝫ:al's nō facturo. Hec Ber. extra de homicidio.sicut dignum. Sic ergo homicidiūꝫ simpliciter voluntariū impedit cuiuslibet ordinis executionem: ꝛ receptionem.dis.50.miror.ꝛ.c.seq. Jmpedit inquam ꝑpter necessitatem precepti:non ꝑpt necessitatem sacramenti. Cuius ꝓhibitiōis ratio vel congruitas assignari potest triplex. Prima quia deus noluit q Dauid quia sanguinem multum effuderat edificaret sibi domum:sed Salomon eius filius vt habet.2. Regl.7. 2a est quia ordines referuntur ad sacramētum eucharistie: quod ē sacramētū pacis facte nobis ꝑ effusioneꝫ sanguinis xp̄i. Homicidium vero maxime contrariat paci ꝛ homicidia conformant magis occidentib9 xp̄m;q̄ ipsi xp̄o occiso:cui debent omnes ministri predicti sacramenti conformari. 3a est ꝑpter detestationē ꝛ horrorem effusionis sanguinis;ꝑpter quod etiā dominus noe ꝛ filijs eius prohibuit ne ederent carnes cū sāguine vt dicitur Gen̄.9.c. Utrū aūt irregularitas homicidij tollat per baptismū habitū ē sup̄ li.4.ti.4.ar.i. Ad hec nota q quoddā homicidium est simpliciter voluntariū de quo prime dictum est. Quoddam est simpliciter nō voluntarium: vt cum quis carens vsu rationis hominem occidit. Et talis ſm ius nouūꝫ nunc expressum in.7°. de homicidio voluntario ꝛ casu.si furiosus non ē irregularis Quoddā ē inuoluntariū:vt cum quis volēs non occidere cogitur occidere:vt si quis moueat violenter manum eius cum gladio. Et similiter cum quis occidit casualiter:si adhibuit oēm diligentiā quā debuit. Primus eniꝫ nō est irregularis:quia ꝓprie loquēdo nō est homicida:cū in occidendo nō agat: ꝫ patiat. Similiter nec secūdus est irregularis:vt sup̄ dictum est. Quoddam autem est partim vo

luntarium: vt cum quis ponit in necessitate ineuitabili: vt vel occidat vel occidat et occidit. Talis enim non vult occidere absolute: vult tamen occidere ne occidatur. De quo dic vt supra. Ille etiam qui hominem casu occidit: non tamen debitam diligentiam adhibuit occidit partim voluntarie: in quantum voluntarie debitam omisit diligentiam adhibere: et partim inuoluntarie: quia absolute nolebat occidere. De quo habitum est supra.

Sequitur videre de .8°. scilicet de quibusdam dubitabilibus circa istam materiam: et sunt hec. Quid si clericus tradat latronem iudici seculari: petens etiam cum protestatione quod eum puniat citra sanguinis effusionem: et postea iudex procedat vsque ad sanguinis effusionem? Respondeo. Non fit ex hoc irregularis aliter daretur pluribus materia clericos expoliandi et trucidandi: si propter metum illum non auderent conqueri. Nec etiam nocet si clericus ad conuincendum latronem dederit signa. Et idem dico si simpliciter deponat querelam de iniuriantibus sibi et ecclesie: licet tales vix possint coartari sine sanguinis effusione. Sic loquitur manifeste extra. e. tua nos. §. ad vltimum. et c. postulasti. li. 6. e. ex presius. et .23. q. 5. c. i. et c. vnum. et c. pena. et c. reos. Quid ergo si iudex illum suspendat: et hoc clerico qui tradidit eum sibi in mente placeat et ratum habeat? Respondet Hosti. quod ratihabitio retro trahitur et mandato copabitur: quia hoc in maleficijs generaliter traditur. ff. de vi et vi ar. l. i §. quotiens. Et hoc intelligo verum esse si gaudeat de morte persone. Secus est si de malefici punitione letetur: et deo regratietur et persone compatiatur: et de hoc quod commisit aliquid tale propter quod ita puniretur contristetur: ar. extra. e. c. 2. et c. postulasti. Sed et propter ratihabitionem non fiet irregularis: cum factum deficiat in quo lex promotionis consistit. 15. q. i. c. fi. Nota etiam quod si clericus aliter pot res suas recuperare non debet furem capere vel ligare vel iudici tradere extra. e. suscepimus. Si autem teneat furem: ne cum suis rebus fugiat: quas aliter non potest recuperare donec tradat eum iudici: vel eius inuocet auxilium: non fiet irregularis si iudex suspendat ipsum: dum tamen non habuerit intentionem corruptam: vt predictum est. Idem est secundum Jo. quod quandocunque clericus agit de crimine ciuiliter: vel de modico crimine: quod non inducit mortem: si iudex occidat eum non nocet clerico: extra. e. postulasti. Bar vero in questionibus credit hoc esse verum: nisi consuetudo esset in illa terra quod propter furtum mors infligeretur. 23. q. 3. maximianus. Secundum Inno. vo et Host. super. c. postulasti. clericus non debet criminaliter agere: si vel de iure vel de consuetudine in tali modo agendi consueuit iudex penam sanguinis inferre. Quid ergo si intentio clerici tradentis sit corrupta: vt si intendat quod condemnetur ad mortem? Respondeo. Irregularis erit si mors ex hoc secuta fuerit: quibuscunque verbis intentionem suam velauerit: licet per ecclesiam non prohibeatur: nisi ei constet per confessionem vel probationem. vel quia nihil velabat: sed hoc aperte dicebat. Sic intellige secundum Hostiensem. contrarium: extra de exces. prela. ex litteris. et .23. q. 5. c. 2. et c. vnum solum. et de penitentia dis. i. periculose. Et sic probatione deficiente relinquatur sue conscientie: vt dicetur etiam infra in sequenti questione: licet quidam aliter sentiunt secundum Hosti. Quid de clerico cuius domum fur ingressus fuit: et eum grauiter vulnerauit: sed postea fur a socijs illius clerici captus ad potestatem ductus fuit: potestas vero nuncios suos misit eidem clerico vt exponeret si qua de fure predicto sciret intersigna qui clericus cultellum quem illi furi abstulerat: et sotulares ab illo fure in domo clerici ipsius dimissos nuncijs predictis tradidit: de super facto furis illius nihil amplius intromittens: et postea furis illius mors est subsecuta? Respondeo quod illi clerico nullo modo mors illius furis imputari potest. extra. e. tua nos. vbi de hoc. Alias enim ille clericus fuit inductus tanquam testis: quia nec accessit ad presentiam iudicis quod fit in criminalibus in auc. de testibus. §. quoniam insuit. et §. hec omnia. nec per hoc quod ille intersigna tradidit ille de furto conuictus fuit. Non enim est eo ipso fur: quod animo furandi domum intrauit. ff. de furtis. vulgari. §. qui furti. Hec in glo. illius. c. tua. Et idem abbas dicit. Quid si quis in rixa mortuus fuerit: et nescitur quis interfecerit? Nunquid omnes rixantes iudicabuntur homicide? Respondeo quod quantum ad peccatum pertinet: illi qui percusserunt: et qui voluntate occidendi venerunt: licet non percusserint: et qui venerunt ad auxilium occissoribus prebendum: si forsan alij violenter eos repellerent: omnes isti tanquam homicide tenentur. Discretus tamen confessor dabit maiorem penitentiam primis quam secundis quam tertijs. Sed nunquid omnes isti sunt irregulares? Jo. dixit omnes repellendos. Et ipsum sequitur Ray. Sufficit enim quod sumpserit arma di. 5i. aliquantos. licet alij interfecerint: vt habetur extra de cle. percus. continentia. licet non imputetur mihi: si alius interficiat me inuito: cum ego non vulnerauerim. Guil na. contradicit: et dicit neminem in dubio repellendum: ar. extra eo.

petitio. Nec obstat illud extra.e.de cle.percus. continentia: quia debet intelligi qn̄ conscientia remordet eum: quia sumpserit arma. Unde nō est repellendus: nisi ipse se repellat: ar.ex̄ de cle.percus.presentium.z extra de tēp. ordi. nullum eorum. Alij dicunt: q si constet de aliq̄ q percusserit: semper in dubio repellitur: ex̄ .e.significasti.§ q si discerni. Si vero neget se percussisse: relinquatur conscientie sue: vt dicit̄ in.d.c.nullum.z extra de cleri.percus.c.penult. z vlt. Secundum autē Hostiē.satis pōt dici: q in vtroq; casu est relinquēdus conscientie sue: tum quia nec.§.ille q si discern .dicit: q cogatur abstinere. Sed q debet hoc facē q̄si consulendo. tum quia in illo.c.petitio.cōstat q percussit. Uel etiam fm eundem in vtroq; casu relinquatur cōscientie sue: nisi tanta laboret infamia q generet graue scandalum: vt extra.e.ex litteris. Tutius tamen faciet si in dubio homicidā se reputet: z vt sic abstineat: cum nulllum periculū sit abstinere: celebrare vero periculū posset esse: extra.eo.significasti. Hoc aūt est firmiter tenendum fm Goff. z Hosti. q si clericus non letaliter nec animo occidendi percussit: nec ad occidendum venit nec alios prouocauit: z ictus suus discerni possit: nec de occiso tenetur: nec ordiare prohibetur licet alij percusserint z occiderint: vt habet̄ i dicto.§.q si discerni. Item fm Hosti.extra.e. petrus. si quis incipiat rixam: z in ipsa male tractetur: propter quod amici eius cōmoti aliquē mutilāt z occidunt fit irregularis. Secus est si iniuriā passus fuit: z nō intulit. Quid si quis vadat ad occidendum aliquem: et tu scienter eum associas non tamen ad hoc eum inducis: sed ex animo retrahis: cum tñ nolit acquiescere tibi: timens tamen de eo nihilominus associas ipm̄ cum voluntate defendēdi eum si quis insequeret̄ ipm̄: z sic per te associatus cōmittat homicidiū: Rñ°. Homicida es: extra.e. sicut dignum. nec poteris promoueri. Sic intelligitur q defensione cōmittitur homicidium: extra de cle.pu.in du. Henricus. z si iste casus non cadit sub aliquo mēbro distinctionis supradicte. Hec Hosti. Item fm Inno. z Hosti.extra.e.super.c. petitio. si qui associant aliquos ad bellum: z eis prestent fauorem: si bellum sit iniustum videtur q sint irregulares si mors inde sequatur. Secus eēt si cum eis irent causa pacificationis: vel alia causa iusta: dūmodo dolus z negligentia lata abesset: arg. a contrario sensu distinctiōe.50. quantū. et extra eo.presbyterum. Illud quoq; est notandum q licet clerici possint ad bellum propter defensionem rei publice milites inducere: vt habetur dis.63. Adrianus.z.23. q.2.dominus. non tamen debent in propria persona pugnare: vt extra.e.c.penulti. Sz nunquid clericis illis imputat̄ si quis ibi moriatur: Rñ° q non: vt dicitur.23.q.5. de occidendis.z.e.c.penult. licet sit ar.contrarium. 20.q.3.eos qui.z.23.q.vlt.c.vlt. Sed nunquid episcopi vel alij clerici irregulares fiūt laicos hortando z monendo: vt eos iuuent: z arma sumant pro fide catholica: z etiam pro iuribus ecclesie defendendis vel repetendis: Rñdeo q non: immo fm Ray. talis prelatus grauit̄ peccaret si sileret: ar.dis.43. sit rector. Quinimo si episcopus non potest aliter recuperare suum ius: potest illud alicui concedere in feudum qui recuperet ipsum. Et hic est casus in quo non obstante suo iuramēto potest h° modo alienare bona ecclesie: vt habetur extra de feudis.c.2. Ulterius nota quantum ad clericos: q bellum aut ē iustum aut iniustum. Si iustum tunc possunt alios hortari ad defendendum se z ecclesiam: z ad vim infidelium arcendā.23.q.8.§.licet.z.23. q.3. maximianus. Si autem sit iniustum sic fiunt irregulares: z de rigore iuris sunt deponendi: extra de penis qd in dubijs. Quantum vero ad laicos: distingue etiam: q aut est bellum iustum: aut iniustum. Si iustum: aut aliquem occiderunt vel mutilauerunt: z sic nō possunt promoueri. Aut neutrum fecerunt: operam tamen diligentem ad hoc dederunt. sic possunt promoueri ex dispensatiōe episcopi. Si autem bellum est iniustum: sic fiunt irregulares etiam si nihil predictorum trium fecerunt. Tamē episcopus potest dispensare cum eis fm Ray. z Guil. dūmodo nec mors nec mutilatio sit secuta. Quid si episcop° sit presens i bello: z multi hincinde sint occisi nūquid est irregularis: Rñdeo. Uidetur q sic fm Ray. qui in simili materia sequit̄ opi. Io. Nec obstat illud extra.e. petitio. quia hi cum quibus presbyter erat grauiter ab infidelibus inuadebantur. De hoc tamen tenēdum est quod supra notatum est.q. quid si q̄s in rixa. Quid de presbro qui dixit infanti q equum ad fluuij ripā duceret: sed a fluuio sibi caueret: ille autē flumen intrauit: z submersus fuit: Rñdeo. Culpabilis est: qz suspicari debuit hoc posse euenire: sicut imputatur diacono qui non remouit falcem qua accinctus erat: cum ludi consuetudinem sciret: vt extra eo.continebatur. z presbytero qui non remouit a corrigia cultellum: cū q̄ verberabat famulum: vt extra eo. ad audientiam. ita q non promouetur: nec ordinibus iā susceptis

vtitur:vt dicitur ibidem:nisi cum eo p papaz dispensetur:vt habetur in.c.continebat.Hec Hosti. Quid de illo qui hominem a morte liberare potuit:sed noluit? Rn°. Non est immunis a culpa homicidij.ex.e.sicut dignū .§.illi aūt.ar.di.86.facientis.z.23.q.3.non in inferenda.z.c.qui potest.z.e.q.5.reos.Et h° quādo constat illum iniuste occidi.de pe.di. i.periculose.z.ii.q.3.c.vlt.z ex.e.sicut dignū. Et licet aliqui intelligant hoc de iudice qui potest ex officio suo defendere:qa ille sol° ad hoc tenetur ex precepto.23.q.5.qui malos.z q.4.forte in fi.consilium tamen sanum ē fm Goff.z Hostiē. q quilibet etiam priuat° hoc faciat: si sine piculo suo hoc possit facere ppt premissa iura. Ad hec facit quod dicet infra li.7.ti.z. casu.8. Secundū Rod. vero psone priuate si credant q possint hominē ab iiusta morte liberare solo verbo tenētur impedire verbo z etiam facto. Si aūt credāt q hoc nō possint facere sine suarum personaz piculo non tenentur. Sed nunquid iudex si non liberat hominem a morte iniusta cum potest: z prelatus si non pascat fame morientem cū potest: erunt irregulares si mors inde sequatur? Rndeo: q non licet grauissime peccēt: quia lex promotionis factuz requirit.15.q.i. si quis non iratus. Quid de illo de cuius turbata voluntate processit hōicidiū. Puta parentes clerici verberati cōueniunt: z dicūt q hoc velint vindicare? Rndeo fm Hostiē. extra eo.ad audentiam. Talis est irregular[ ] si non cōtradixit expresse: ar. extra de simo. matheus. Si vero hoc phibuit expresse:z ex corde securus est.Et hoc est expressum extra .e.petrus.Alias coram deo cadit si tacite consentit. Et sic lex promotionis non consistit semper in solo facto: sed in facto z animo. Probanē hec.15.q.i.c.fi.z.q.6.c.i. circa finē.

Quid de eo qui procurat vel ictu causat mulieris aborsum? Rndeo. Cum hō constet ex anima z corpore,non iudicatur homicida ille cuius procuratione vel ictu fecit mulier aborsum:si puerperiū nondum erat formatū vel animatum. Si aūt erat animatū iudicaē homicida:vnde est irregularis: z cū eo solus papa dispensat:vt dicitur extra.e.sicut dignū z.c.si aliquis.vbi de hoc i'glo.z.32.q.z.quod vero non est formatum.z.c.se Sed cōtra Si alicui factum vel datū sit aliquid ad potandum quo minus possit generare cōcipere vel parere tenetur vt homicida: extra de homici.si aliquis. Rndeo. Dicunt quidam vt Ber.ibidem.z.c. sicut ex litterarum. q illud locum habet quantum ad penam legalem si cut etiam ille fm legem homicida iudicatur qui poculum amatorium dedit. Sic intelligunt illud.ff.de penis.si quis aliquid.§. q̄ ab orsionis. Non tamen est irregularis. Et sic non dicitur homicida proprie z simpliciter: sed occasionaliter. Unde etiam est eis iniungenda penitentia spiritualis:sicut habetur dis.86.pasce. Sed certe talis etiam fm leges non dicetur vere homicida sed interpretatiue. Nam si puerperium nondum erat formatum:tenetur lege aquilia tanq̄ de rupto: nō tanquā de occiso. Sic intelligo illud.ff.ad.l. acquil.si seruus seruum.§.si mulier.z.l.qnt° mucius.In hoc etiam casu intelligo:q mulier que sibi vim intulit ante puerperium formatum ne parere posset vltimo supplicio nō afficitur: sed in exilium mittitur.ff. ad.l.cor. de sicca.l.si mulierem.Si enim formatū esset damnaretur ad mortem. Et hoc distinguit manifeste illa lex si quis aliqd. Sic ergo lex z canō.in hoc cōueniunt licet diuersas penas inferant.Hec Hostiē. Quid si dubitetur vtrum exinde sit factus aborsus: z vtz fetus esset animatus? Rndeo. Si ille qui percussit probabiliter credat vel dubitet quādiu dubitat a ministerio z pmotiōe abstineat: ne periculo se committat. Si autem habet leuem opi.z temerariaz deponat eam si potest: z sic poterit ministrare z promoueri: aliter non. Hec Rod.ar.extra de sen.excō.conquesti.

Quid si presbyter vel magister famulum vel discipulum vulnerauit corrigendo? Rndeo q siue vulnus sit letale siue non:si tamē ex eo mortem incurrat homicida z irregularis iudicatur:quia qui mortis dat occasionem:videtur dedisse mortem.Unde nec ad altiores ordines promouetur: nec habitis nisi minoribus ex dispensatiōe episcopi vtetur. Sec° est si decessisset alia ifirmitate ex vulnere nō secuta:vt extra.e.presbyterum.z.c.de cetero. z.c.ad audientiam. in tex.z in glo. Secus ēt esset si per medici imperitiam: vel sui negligentiam:vt infra dicetur. moreretur. Et qd dictum est de occasione mortis:intelligitur d propinqua. Sic itelligo.§.ad.l.cor.de sicca. nihil interest.Secus est de remota. Nō eniz ideo quia faber cultellum facit homicida iudicatur:extra tua nos.responso.i.z.c.exhibita.Idem tamen videtur de remota fm Ber. extra.e.de cetero.si animo nocēdi fecit:z minorem diligentiam adhibuit:extra.e. presbyterum.in fine. Quid si postq̄ conualuit recidiuauit? Respōdeo. Presbyter tenetur:quia semper causa subfuit:de pe.di.3.si quis semel z extra.e.ad audientiam. Hec Ber.extra.e.

presbyterum. Quid est de medicis? Rn°. Imputari pôt eis culpa ante factū: in facto post factum. Ante factū: vt quia intromittit se de medicina cum sit idiota. In facto: vt q2 licet sit peritus in arte: non tamen sequitur traditiones artis: sed fantasiam proprij capitis. Post factum: vt quia licet sit in arte peritus & fm artem agat: non tamem adhibet diligentiam vt infirmus custodiatur. Si tamen nec ante factū nec in facto nec post factum in culpa deprehendatur: sibi non imputatur si aliquis infirmus ex fatuitate sua vel aliena vel casu fortuito moriatur. Recurrat ergo quilibet medicus ad conscientiam suam: & si non mordeat eum potest promoueri vt extra de eta. ad aures. & promotus potest exequi ordines: vt extra. e. tua. Sed in hoc casu propter graue scandalum interdicitur executio sibi: licet in hoc deliquerit: extra. e. ex litteris. i. Sanum etiam consiliū dat Goff. & etiam laudat Hostien. scilicet q promoti & maxime promouendi abstineant ab opere practicali: & potissime chirurgico: quod icisionem & adustionem requirit: vt extra. c. tua & extra ne cle. vel mo. sententiam sanguinis. cum in nullo vacillare debeat conscientia promouendi: vt dicitur dis. 33. laici. Sz fm Ray. operari non licet de physica clericis in sacris ordinibus constitutis: vel etiam in minorib° dūmodo sint beneficiati: nisi gratis pro miserabilibus personis vel cfratribus: vel sanguineis velint operari. Nec etiam tunc debent si ibi posset esse periculū: quod lōge strictius est in claustralibus seruandum. Officium autē chirurgie que inducit icisionē vel adustionē est sine omni exceptione talibus interdictū extra ne cle. vel mo. sententiā. & c. sup specula & extra de postulando. c. i. & extra. e. tua nos. Hec Ray. Sed tamen fm Ber. ex de falsar. ad audientiam. clericus talē adustionē infligere potest: que ad effusionem sanguinis nō procedat: aliter non. Quid si pter defectū vel corruptionem specierum in medicinis positarum aut sophisticationem eger periculū icurrit? Respōdeo fm Inno. extra. e. tua nos Si medicus debitam diligentiam adhibuit i eligendis speciebus: quicquid ibidē accidit inculpabilis erit. Et idem dicit Hosti. i glo.

Quid si quis incidendus non habet consuetam dispositionem mēbrorū vel venarum aut subito timor vel tremor insolitus irruit super eum? Respōdeo fm Inno. ibidem. Si incisor non erret ex iperitia vel dissuetudine in huiusmodi: non peccat: nec fieret irregularis si ille decederet. Quando tamē in aliq dubitat: potius dimittat, q icidat. Itē dicit Hostien. ibidem. Quid de illo qui aliquē flobothomat: vel secat & inde moriatur? Rn°. Si sit peritus in arte illa: & adhibeat omnem diligentiam quam debet, in aliquo nō tenet: qa potius casu & culpa flobothomati vl secti mors presumitur euenisse. 23. q. 5. de occidendis. Quid de illis qui scrupulosam habēt conscientiam de morte illorum quos custodierunt in infirmitate? Respōdeo. De his que bona fide fiunt circa egros non debet aliquis de facili scrupulosam habere cscientiā: licet errauerit in aliq. Et hoc dico si non sit ibi lata aut euidens culpa: aut negligentia dissoluta: que: est prope dolum. Et si huiusmodi scrupulum habet ad consilium alicui° boni viri deponere debet: vt si in principio infirmitatis quando nesciebatur adhuc qual morbus esset minutorem vocasset Quod ēt medici quandoq facere solent: vel propter sudorem prouocandum vel seruandū nimis egrum coartasset: aut ei nimis bibere aquā vel vinum limphatum dedisset. aut cum non pter crapulam vel ebrietatem: sed propter nimiam vigiliam obdormisset: & patiens se precipitans decessisset. Si autem ibi fuit lata culpa vel dissoluta negligentia: & certum est q inde mors euenerit irregularitas ctrahit puta si custos egri furiosi l frenetici dimittēs eū solum ad ludendum in platea iret: vl als operam rei illicite daret: aut cū ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non valens: precipue cum solus ad custodiam egri deputatus esset obdormisset: & eger exiliens de lecto se precipitans expirasset. Si autem nō sit certū q inde mors eueniat: aut de hoc pbabiliter dubitatur fm iudicium medicorum: aut nō Si sic abstinere debet ab officio & promotiōe Si non: deponat erroneam conscientiam si potest & sic ministret & promoueat. Hec Rob. ar. dis. 50. hi qui arbores. & c. sepe. Et solus papa cum predictis dispensat fm quosdam. Esto q aliquis baptizaret aliquē paruulū vel adultum in mortis periculo cōstitutum: deinde moritur baptizat° ille: & ex hoc iste q baptizauit eum incipit habere conscientiam q ille pter baptizationē suam citius sit mortuus? Respōdz Sco. 4°. di. 5. q. vlti. o. q talis conscientia est fatua & irrationabilis si eum baptizauerit caute sicut debuit: q2 nō multū nocet grauiter infirmo parum aspergi in capite de aqua saltē tepida. Unde talis sic baptizans talem non est irregularis. Tamen stante eius conscientia debet se habere tanq irregularem: quia reputat se homicidā. Et

remota illa conscientia nõ oportet eũ querẽ dispensationem: quia nunq̃ fuit irregularis

Quid de clericis q̃ cũ alijs trahuntur ad manganellos? Respondeo. Si ex lapide proiecto aliquis occidatur: aut probabiliter occisus credatur: nec ministret nec promoueatur sine dispensatione domini pape: extra de tempo. ordi. ad aures. et dis. 50. de his. i. Nisi forte dicatur quod et si non liceat clericis contra hostes personaliter pugnare: licet tamen eis turriz vel murumz impetere: et machinis ipugnare: aut suffodere. Quod si sit verum: et aliud nõ intẽdant: non est eis imputandũ homicidiũ: si ex hoc facto casu contingerret preter eoruz intentionem et voluntatem. Quod tamẽ primo dictum est verius esse creditur sm Rod.

Quid si plures iaciant lapides et lapis ab vno proiectus aliquem occidat: nescit tamẽ a quo sit proiectus? Respondeo. Omnes illi debent ab officio cessare: ar. extra. c. significasti. sm Goffre. ibidem. De hoc tamen vide illud quod dictum est supra. q. quid si quis i rixa etc. Quid de illo qui cum latro capt⁹ duceretur ad iudicem per locum suspectum: ducentibus dixit claudite os eius ne clamet et sic euadat? Nunquid irregularis erit si mors secuta fuerit? Rñdeo quod sic: si sic consulendo ad mortez illius cooperatus fuit. Hec Rod.

Quid de illo qui cum iudex vel officialis sequeretur furem vel homicidam fugientem iudici vel officiali querenti: vtrum vidisset talem vel talem personaz transire per locũ illũ vel alium: respõdit quod sic: et quantum in eo fuit querentem instruxit? Nunquid ille est irregularis si mors inde secuta fuerit? Respõdeo Si sciuit vel scire debuit quod persona talis quereretur ad penam sanguinis est irregularis. Si autem non sciuit nec suspicatus fuit quod q̃reretur ad hoc: sed propter quid aliud: non est irregularis: ex quo eius intẽtio corrupta nõ fuit. Hec Rod. Quid si sciam aliquẽ queri ad mortem: qui non potest fugere nisi p duas vias: et respondeam quod non fugit p istaz viaz? Rñdeo. Dicunt quidam quod si iste a querentibus eum in alia via inueniatur et occidatur vel mutiletur ero irregularis: quia sic rñdendo implico quod fugit per aliam viam arg. extra de presump. nonne. Tutius ergo est tacere: vel querenti totaliter illudere: dicendo nũquid custos fratris mei ego sum: sm Guil. duran.

Quid de clerico qui propugnantibus arma ministrauit? Rñdeo. Pro homicida debet haberi si aliquis occidatur ibi: ar. 33. q. 5. c. vlti. et extra eo. sicut dignũ. Et appellatiõe armorũ etiã fustes et lapides intelliguntur. ff. de verb. signi. armorum. Item sm Hosti. et Inno. extra ne cle. super. c. sententiã. si quis in bello iusto ministret balistaz alicui tantũ hac intentiõe vt se et sua defendat: nec credit illuz aliquem velle occidere: sed tantum se et sua defendere: non fit irregularis sm aliquos licet ille aliquem occidat. Tutius tamen est dicere quod sit irregularis: quia non licet clerico ministeriũ ita mediatum in mortem alicuius prebere: de penis. quod in dubijs. Similiter si ministret lanceam vel ensem tantuz vt se defendat nõ erit irregularis licet ille occidat. Hec Host.

Quid de clerico qui latronem cum socio capit et ligat: et postea socius timens interfici a latrone ipsum ligatuz interficit. Respõdeo Irregularis est: quia fines licite defensionis excesserunt: cum euadere possent: extra eo. suscepimus. in glo. in hoc. Item nota quod non tantum homicida sed etiam percussor prohibetur per apostolum ordinari: vt habetur di. 45 quasi per totum. Unde si quis sepius eũ quẽ non licet vel eum quẽ licet aliter q̃z concessum sit percusserit: licet mors secuta non sit: et monitus se nõ correxit deponatur: extra de cle. percus. c. i. et di. 45 c. i. et vlt. Sz et si subditũ suũ non habito respectu ad ordinem datum sibi cedi crudeliter episcopus iusserit: et incontinenti decesserit: homicida iudicatur: ar. di. 50 si qua fem na. Si autem per octo menses vel amplius vel minus vixerit: et postea decesserit licet presumatur quod ex alia infirmitate mortuus sit suspensus est nihilominus ad tẽpus. s. vel vsq; ad duos menses: vel sm quod iudici videbitur inspecta persona: extra de cleri. percus. preterea. Et si se non emendauerit deponatur. ibidẽ. c. i. Quid de illo q̃ mãdauit aliquez verberari: tñ expresse prohibet euz occidi: et aliq̃ mẽbro mutilari? Rñ⁹. Irregularis erit quia h⁹ euenire posse precogitare debuit li. 6. e. si quis

Quid si quis in conflictu fuerit: repellendo violentiã in quo sunt mortui aliqui. Rñ⁹ Suspendit p bienniũ: vel sm quod videbitur iudici: quo t̃mino elapso digne põt officiũ suuz exeq̃: vt habet ex de cle. percus. pñtiũ. Sed cõ Ibidẽ. c. continentia. dicitur: quod licz religionem intret: et nõ promouebitur nisi ad subdiaconatũ. Ad hoc quidaz rñdent vt Ber. ibidem quod ibi sũpsit arma: vñ fuit in culpa. ar. 23. q. 8. §. i. lz ibi i subdiaconatu dispensetur: nõ tñ vltra. Sz hoc nõ sufficit: quia z. §. c. pñtium. dicitur quod lapides sumpsit: et etiam proiecit. Quod ergo dicitur in illo. c. cõtinẽtia ad fi. etc. subaudi sm Hosti. maxime. Et qd dicit ibi ad subdiaconatus subaudi ad diaconat⁹ et presbyteratus dũmõ conscientia non remordeat eũ: nec infamia

scandalizante laboret: extra.e.petitio. ⁊.c.ex litteris. ſm Hosti. Alij dicunt q eũ ɔſciẽtia remordeat. Dic ergo vt supra.hoc.e.ti.q.q̇d ſi quis in rixa ⁊c. Ad hec nota q circa hãc materiam Hosti.extra.e.ad audientiã.ponit duas reglas generales. Una ẽ q ĩ dubio:nec magiſter nec iudex iudicare debet aliquẽ irregularem:ar.de pe.di.i.§.pene. 2ª ẽ q q̇libet in dubio debet ſe reputare irregularẽ vt habetur in.c.ad audientiam. In foro ergo anime maxime vbi quis nõ eſt de hoc infamiatus in huiuſmodi ẽ cõſcientie ſue relinquendus:ex.e.ex litteris. Inno.etiã ſuper.c.ad audientiã in princi.dicit. Ad hoc q quis incurrat irregularitatem: ⁊ peccatũ ex homicidio: ſufficit ⁊ eſt neceſſe q interuenerit:vel conſilium vel preceptum vel factum:vel defenſio occidẽtis di.5o.ſi quis viduam. Ray vero dicit de homicidio:q vbicunq ſcandalũ ſuſcitatur ex homicidio vel deformitate alicuius quã habet ĩ aliquo mẽbro:etiã ſi talis caſus eſſet ĩ quo de iure promoueri poſſet:vel in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: debet tamẽ ꝓpter ſcãdaluꝫ alioꝝ ceſſare a ꝓmotiõe ⁊ miniſterio.

Equitur videre de.9º.ſ. que diſpenſatio adhibet̃ circa ꝑcuſſores, ⁊ homicidas. Circa q̇d ſciendũ ſm Hoſt. q ſi quis animo interficiendi aliquem vulnerauerit: licet non ſit mortuus ſit irregularis. Sic ſi vindictam ſanguinis dictet. Si tamen non veniatur ad detruncationẽ mẽbrorum: licet ſanguis ſit effuſus diſpenſare poteſt eps Ad hoc ar.extra.e.petitio.⁊ de cleri.pu.ĩ du.c.i. Si vero peruenia tur ad detruncationem mẽbroꝝ ſine tñ homicidio: diſpenſare poteſt papa:⁊ ipẽ ſolus:extra de cor.vici.c.i. Et idẽ ẽ de milite q̇ in bello dedit opam ad occidendum ⁊ nõ occidit. Cũ hoĩcida aũt volũtario nõ licet etiã pape diſpenſare:vt habet̃ diſ.5o. clericum qui paganum. Non licet.i.nõ deceꝫ Si tamen vult poteſt:vt patet extra de exceſ. prela.peruenit. Niſi ſit homicida iuſticie:qui ex cauſa per papam toleratur in ordinibus habitis: licet non diſpenſet vt ad ſuperiores ordines aſcendat:vt habetur.diſ.5i.aliquantos.⁊.c.ſeq. Item cum homicida voluntario poteſt diſpenſari circa beneficiuꝫ vt patet extra de cleri.pu. Henricus in fine. Cum homicida vero neceſſitatis euitabilis non facile diſpenſatur. Si auteꝫ ſit neceſſitatis ineuitabilis:conſilium datur q non miniſtret.5o diſ.de his clericis. Non tamen ideo deponit̃ ſed in ſuo ordine tolerat̃ de iure:⁊ ſine diſpenſatione ſm Laur. Et ſic loquitur extra.e.c.2. Quod dic vt ſupra notatum eſt.e.ti.ar.5.

§.ſi aũt neceſſitas.⁊ ſe. Sed cũ homicida caſuali diſpenſat̃: ſm ea que dicta ſunt in diſ.ſuperius annotata: ſcilicet in.6.ar. Fit autem circa illuꝫ diſpenſatio triplex:ſcilicet magna vt promotus ad ordines ſacros nõ in eis:ſed in minoribus toleretur:extra.e.,continebat. Maior vt in ſacris toleretur extra.c. tua reſponſo primo. Maxima vt promoueat̃:ex̃ e. lator.ſm Goff. Dicit tamẽ Guil.q papa nõ diſpenſat in homicidio voluntario:neq faciliter in caſuali: nec etiam in dubio. Sꝫ q̇d ſi quis in infantia committat homicidium? Reſpondeo ſm Hoſtien. Papa poteſt ⁊ deceꝫ eum in hoc caſu canonice diſpenſare: quia videtur potius homicida caſualis q̃ volũtarius:⁊ cum caſuali diſpenſatur: vt habitum eſt ſupra. Nunc autem expreſſum eſt in 7º de homicidio voluntario ⁊ caſuali: ſi furioſus q ſi furioſus aut infans ſiue dormiẽs aliquẽ mutilet vel occidat non ſit ex hoc irregular] Adhuc nota:q ſi patroni vl aduocati vel feudatarij vel vicedñi:vel beneficiati alicuius eccleſie occiderint vel mutilauerint per ſe vel ꝑ alios rectorem vel clericum illius eccleſie patroni ius patronatus:aduocati aduocatiaꝫ feudatarij feudum: vicedñi vicedñium ⁊ beneficiati beneficium perdant: ⁊ nihil de premiſſis perueniat ad heredes eorum:⁊ vſq ad quartam generationem .poſteritates taliuꝫ per rectam lineam deſcendentes non admittantur in collegio clericorum:nec conſequãtur prelationem in domibus regularium:niſi cum eis diſpenſetur:extra de penitẽ. in quibuſdam. Poteſt aũt cum eis per epiſcopum diſpenſari cum hoc papa ſibi non reſeruet. Bonum tamẽ eſſet q epiſcopus tales ad papam mitteret ad terrorem ſm Ber.ibidem. ⁊ Guil.ibidem. Cum autem dicit poſteritates: hec pena tñ extenditur ad filios naſcituros:non ad iam natos.

Q ordinandus non debet eſſe litigioſus:non cupid⁹ domus ſue bñ ꝓpoſit⁹ ti.15º.

Oſtea cõſiderãdum eſt de.c.io. regule aplice ⁊.ii. ⁊.i2.⁊ hoc ſimul ꝓpter paucitateꝫ dicẽdorum de eis. Capitulum.io. eſt q oportet ordinandum non eſſe litigioſũ quia cum talis alios ad diſcordiam prouocet:diſcordes ad concordiam trahere nõ poſſet:quod tamẽ ex officio facere debet. 90.di.§.i.per totum. iiᵐ.c.eſt q oportet cuꝫ non

esse cupidum: quia radix omnium malorum est cupiditas prima ad Timo.6.7 di.47. bonorum. iz^m.c.est quod oz eum esse domui sue bene ppositum.i.familie sue vt regat eam honeste trahendo ipsam a vicijs:ad virtutes verbo 7 exemplo.di.47.§.necesse.Cuius rō ē duplex Prima qz nō hz frōtē reprehēdendi alios: q corrigere negligit suos:vt dicit in.d.§.necesse z^a est quia vehementer presumitur ɔ eū de crimine negligētie: qd adeo ē magnū vt etiā depositionem inducat.8i.di.dictū.Ubi tamē sine culpa sua:familia sua mala esset: qz eam quātum in se fuit sufficienter correxisset:ei nō iputat:nec propter hoc a promotiōe vel alijs actib⁹ legitimis repellet. di.45.§. neminem 7.c.licet.i.7.c. licet.z. Presumitur tñ prima facie ɔtra eum quod steterit p ipsum donec probet ɔtrariū.18.q.i.peruenit.

Q debet esse nō neophitus.ti.16.

Eindem ɔsideran

canōicari: quod est falsum fm Gof. Jō dicit Goff. q in ecclesia in qua pr pest vel prefuit: non pōt filius nisi simplex beneficium obtinē ex. e. Ad hoc. Canonicatū aūt non pōt habē ēt si sit legitim⁹. Et marie spuri⁹ phibet: ex e. ad abolēdā. Et sic marie ibi positū ɔpatie tenet. Alij dicūt: q c. ad h corrigit p. c. ad abolendam. Asserunt etiā quidā q illegitimus potest fieri canonicus cū pre suo in canonia vel ecclesia regulari. Et hoc vult Ber. sup. d. c. ad abolendam. ar. a ɔtrario sensu habetur ibidem. & di. 56. c. i. & ex. e. c. i. Secundū vero Hosti. quod dicit. c. ad abolendā. in secularibus ecclesijs subaudi maxime. Vacat eni ibi ar. a cōtrario sensu. sicut. & ex de testa. ad hec. Opi. aūt Hosti. sup acceptationē huius adūbij maxime soluit ɔtraria: tam iurium q̄ doctoꝝ: q: fm eum maxime positū in. c. ad abolendā: tenet compatiue. Et in hoc conuenit cū Gof. non tñ respectu legitimoꝝ. Et i hoc cōuenit cū Ray. q̄tum ad intellectū quē habet sup illud. c. ad hec. s. q fili⁹ legitim⁹ potest pfici in ecclesia in qua pr suus pest: vel pfuit: non tñ imediate in eadē pbenda vel dignitate vel eodē psonatu. Et in vtroq̄ cōuenit cū Ber. qui dicit sup. c. ad abolendā. q ly marie tenet ibi compatiue: q: nō ē recedēdū a ppria significatione vbi: nisi res aliter nō possit saluari: & hoc respectu eoꝝ qui non sūt spurij: vel al's illegitimi vt sūt naturales. Quid si pater i aliqua ecclesia vicariā habuit: Nūquid filius ei⁹ eandē vicariā imediate habere poterit: Rñ⁹ q non: ex. e. ad extirpandas. Sed & si pater psonatū habuit: filius ei⁹ vicariam eiusdē psonatus imediate nō habebit & ecōuerso: ex. e. ɔstitutus. & c. michael Cui⁹ ratio est: q: ppetuus vicarius curā habet ecclesie: cuius est vicarius: ex de offi. vica. c. fi. Unde habēs ppetuā vicariam: non pōt habere aliā: ex de offi. vica. puideas. Et quasi ius habens in ecclesia ppetu⁹ vicarius amoueri non pōt sine cā: vt patet ibidē. c. ad hec. Alia ratio fortior est fm Hosti. q: licet vnus sit psona: & alter vicarius: eandē tamē curā habere intelligunt insolidū: q: vna est cura vnius ecclesie incorruptibilis & indiuisibilis. 24. q. i. loquit. & ff. de ope. liber. libertus in fi. Jō filius eandē curā imediate post patrē habere non pōt. Sed media psona tollit viciū successiōis psūpte: ex e. ex trāsmissa. & de elec. venerabilē. §. penult. in fi. Non tamen nocet si pater noie filij: vel tanq̄ conductici⁹ ministrauit: extra. e. ɔstitutus. Sed nunqd hec phibitio extēdit ad nepotes. ff. de v. signi. liberorum. Rñdeo fm Ray. & Goff. q: vbi de pena agit: significatio restringit: q: pene legum ex significatione & interpretatione sūt artande. de pe. di. i. pene. Unde lz senator non possit ducere in vxorē filiā eius: qui vel que ludicram exercuit artem: pōt tamē ducere nepotē. ff. de ritu nup. dominus. Sed ɔtra. ff. ibidem senatus. Et videt q sic: q: filioꝝ noie continētur etiam nepotes: vbi de simili matrimonio agitur: & cauetur ne tutor pupillā filio suo det i vxorem: & ibi nepos noie filij ɔtinetur. Secūdum vero Hosti. & Ber. ex e. ad extirpandas extenditur ad nepotes de iure in hereditate succedentes: vt sunt nepotes p rectā lineam descendētes: ar. insti. de here. quali. §. sui. Secus aūt est in collateralibus in quib⁹ successio locū non habet. ar. de offi. dele. ex parte.

Notandum tamē fm Hosti. q viuēte patre: nepos imediate pōt poni in ecclesia quā auus tenuit: patre vo mortuo nō potest. Ratio est: quia in pmo casu cessat causa phibitionis: q: si iure successionis haberet: nō nepos sed pater succederet auo: in 2° vo nepos tanq̄ primior admittitur. Quid si filius pri successit dispēsatiue vel de facto: Nunqd filius illius imediate post ecclesiā eandē habere potest: Rñdeo fm Hosti. Non videt de mente iuris q talis psona intermedia successiōis vicium purget: imo approbare videt successionem in esse dei: ex de ele. venerabilem. §. penult. Et hoc vbi de facto post patrē habuit filius sine dispensatione. Sed si dispensatiue habuisset: videt q ei succedē posset. Quid si quis natus sit de dānato coitu: & postea pater ducat matrem in vxorem: Nunquid ille de iure cōi potest tanq̄ legitimus pmoueri: Rñdeo. Si pater illā potuit legitime i vxorē habere tēpore ɔceptionis: quia nullum impedimentū erat: & postea duxit eam in vxorē legitimatus est filius antea genitus per sequens matrimonium. Et ita succedet etiā i hereditatem tanq̄ legitimus: & ad oēs actus legitimos admittet. Hoc etiā credo esse verum: si post natiuitatē filij mater alteri nubat: & deinde eo mortuo cū patre filij contrahat. vel econuerso: si pater cū alia cōtrahat: qua mortua in vxorē matrem filij ducat. Quod dico in fauorem plis p iura infra posita. Sec⁹ aūt est si pter aliquod impedimentum non poterat esse matrimonium inter eos tempore cōceptionis: quia lz tunc postea sublato impedimento ducat eam in vxorem: non tamē legitimatur proles: extra. q̄ fi. sint legi. tanta. in auctētica. quibus mo. na. ef. le. circa princi. coll. 6. Qd autem dixi in primo casu. s. talem legitimatum esse quo ad omnes actus legi-

timos excipiunt quidam episcopalē dignitatem ad quam pmoueri non possunt sine spāli dispensatōne pape. Hoc etiā dicit Ray. super c. ex de elec. innotuit. circa pncipiū fm vnam lecturam. Erat eni olim lex talis q mat electi infra quadrienniū a natiuitate ipsius electi matrimoniū non cōtraxit. dicebat quidam q vxor est cum patre electi cōtraxit. Ergo p⁹ quadrienniū: vt inuit illa littera: et tamē electio illius tanq illegitie nati cassatur. Sed hodie pticula illa ē decisa. Et ideo p illud. c. hec sententia teneri nō potest: posset tamen p alia iura seruari. Nam cōciliū requirit q pmouendus in episcopum sit matrimonio legitimo natus: ex de elec. cum in cūctis. In eo aūt qui de coitu dānato nascit: et si postea int parentes matrimoniū subsequat: non ē per hoc concilio quod respicit natiuitatē satisfactum. ℞. dispensatio generalis extendi nō solet ad episcopatus et archiepiscopatus: extra de cōces. pben. dilectus filius. Sed etsi cōtrarium dicat: nec displicet: ne fauor matrimonij restringat fm Goff. Quod etiam admittit Hosti ar. ex qui fi. sint legi. ex tenore. et q matrimoniū ac. pos. non videt in fi. Sed pone q in hoc casu subsit impedimentū: nunquid pōt dispēsari p archiepm: R⁹ q nō: quia epōrum siue maior iudicia vel negocia reseruata sunt pape: ex de transla. pre. inter corpalia. Hec Goff. Quid si psbyter filium generet ex vxore legitima cū qua cōtraxit dum erat laicus vel in minoribus ordinib⁹ constitutus: Nunquid fili⁹ erit legitimus: Rñdeo Ray. dicit q sic: tamē fauore plis. c. 5. q. 2 parentum culpa non debet nocere filijs. ar. dis. 28. diaconi. et 27. q. 2. multor. Goff. vero dicit q non p. c. ex. e. litteras. Et idem sentiunt Ber. et Inno. super idem. c. Nec obstat q de legitimo matrimonio est natus: q2 ille coit⁹ fuit illicitus. di. 28. diaconi. et di. 85. cum in p terito. Culpa etiā parentum reddit filios illegitimos: ex de clādesti. despon. cū inhibitio §. si quis vero. et §. pari modo. Uult tamen q cū tali est benignius q cū alio agendū: et facilius dispēsandū. Hosti. vo distinguit sic. s. q si inuita vel ignorante vxore fuit pmot⁹: verū dicit Ray. ex de conuer. cōiu. quidā. et c. placet. Si vero ea consentiente verū dicit Goff. di. 32. seriatim. Idē videt si ea sciente nō cōtradicente. ar. di. 54. si seruus sciēte. An aūt solus consensus mulieris tacitus vel expssus sufficiat: vel etiā requirat q habitū mutet: dicetur in tractatu de matrimonio. Fili⁹ tamē sic nat⁹ fm Ray. et Guil. quo ad successionem hereditariam reputabit legitim⁹. Quare tales phibent ordinari: Rñdeo. Propt tria pmo pter dignitatē ordinis pter quā de honestate et congruitate requirit in ordinando claritas psone: que quidem obscurat ex viciosa origine: Propter qd lex dina Deut⁹. 32. phibuit spurios et māceres intrare dei ecclesiam vsq in generationē decimā: ex de elec. innotuit. et ex qui fi. sint le. p venerabilē. Ad honores seculares tamē admittūt. ff. d decu. l. 2. §. nullū. et l. generalit. 2⁹ pter detestationem criminis patris. Parentes eni magl puniunt in filijs q in seipsis. ff. quod metus cā. isti quidē. 3⁹ quia filij solent eē imitatores paterni sceleris: fm illud. Sepe solet similis filius eē pri. 6. q. i. §. verum. etc.

Irca 4ᵐ sciendū: q dispensatio circa tales adhibet magna: fm quosdā. s. q si ad religionem transeant pmoueri possunt: ex. e. c. i. Sed hoc non admittit Hosti. q2 ibi statuit ius cōe. Unde fm Host. illegitimi religiosi si sint als idonei: pmouentur ad omnes ordines de iure cōi. Ad plationem vero nō possunt nisi dispensatiue pmoueri: vt patet ibidē sup. c. i. et Ber. ibidem. et ex e. nimis. Nec etiā ad ecclesiam secularē. fm Innoc. ibidē. In remanente aūt in seculo si sit als bonus fm Ray. adhibet triplex dispensatio. s. magna: vt ordinet tal'i ecclesijs alijs a paternis. ar. a cōtrario sensu ex. e. pñtium Maior vt in pñis media interueniēte psona: ex. e. ex transmissa. Maxima vt in pñis admittat imediate. Hec autē distinctio non placet Goff. pter mediū mēbrum: quia. c. ex transmissa: non loquit de dispensatione: sed de cōi iure. Secundū vero Hosti. circa tales adhibetur dispensatio magna. s. vt remanentes in seculo ad ordines minores et simplicia beneficia pmoueāt: ex eo. lras. Maior vt ad sacros et in ecclesijs parochialibus et in dignitatibus: et psonatibus inferioribus pmoueātur: ex. e. c. i. et vlt. li. 6. c. si quis. Maxima vt promoueantur ad epatum: ex de cor. vi. c. 2.

Quis pōt dispēsare: Rñdeo. Solus papa dispensat in maiori: et maxima cū filio psbyteri in seculo manente: vt patet in. c. pmissis Sed ī minori siue magna pōt eps dispēsare: quia hodie ē expssum in. 6. e. si quis. Alia lra habet is qui: q eps dispensare pōt cū illegitimo quo ad ordines minores: et beneficiū nō habens curam animar nisi aliud obsistat: dūmodo sit tale sup quo p epm valeat dispensari. Nec obstat illud: extra e. c. litteras. quia lz ibi papa dispēset: non tamē hoc alijs auferre videtur. fm Hosti. et Ber. quia si hoc voluisset: phibuisset hoc sicut in maiori: ex. e. c. si.

Uñ expone fm Hosti. qđ ibi dicit pmittim⁹ i. pmissum esse ondimus. sicut ex de iureiur. r si rpus in fi. Pōt etiā fm Host. in maiori eps dispensare ex cā: ar. extra. e. ex tua. vbi rndet ad consultationē. Nec obstat illud ex. e. c. i. r vlt. quia intelliguntur de dispensatione in discreta. Si tamen transeat ad religionez: et necessitas exigat: prelatus etiā cū eo i maiori poterit dispensare. Nec obstat illud ex. e. c. i. vbi dicit. Prelatiōes vero nullaten⁹ habeāt: qz illud ē vez de iure cōi: ibi eni statuitur ius cōe. Hec Hosti. Hodie vero 9rium ē expssū li. 6. c. is qui. vbi dicitur: q illegitimus ad ordines maiores vel ad bñficia curam aiarum hñtia: non pōt pmoueri sine dispensatiōe pape. Q vero nō ad psonat⁹ r dignitates hētur ex. e. c. fi. Et hoc tenz ibi Ber. Hoc ēt volūt Goff. Inno. r Bar. brix. vt etiā dicet infra in fi. huius. c. r multo magis nec ad epatum: ex de elec. innotuit. Ber. etiā extra. e. c. i. r. c. nimis. dicit: q etiā religiosus illegitimus pmoueri non pōt ad prelationē sine dispensatiōe pape. ar. predictoz capituloz. Quid si papa cum aliquo illegitimo dispenset: vt habē possit bñficium habens curā aiarum: Nūqd pter talē dispensationez habere poterit plura talia beneficia: Rñdeo q nō: sed tm vnuz quia cum talis dispēsatio detrahat iuri cōi est odiosa: r non est restringenda li. 6. e. si qs Et si talis iterum aliaz dispensationē tacite de facto predicto a papa impetret: vt recipere possit plura bñficia curam animaz habentia dispensatio illa nullius penitus ē valoris. li. 6. e. is cū quo. Et idē ē de eo cū quo dispēsat epus: vt possit ad ordines minores r simplex bñficiuz pmoueri fm Jo. an. Ad hec nota fm Goff. q circa materiā istā fuūt due phibitiones: vna est q filij illegitimi nō debent promoueri. Et hic aliquādo dispensatur per ingressum religionis aliqñ p hoiem: vt habituz ē supra. z^a ē q filij legitimi nō debent assumi ad illa bñficia: q īmediate pres eoz habuerit. Et circa hoc dicit Ray. Jo. r Tanc. q epi r archiepi possunt dispensare. p illud. c. extra. e. ex tua. vbi rndetur ad 9sultationē: r sic loqt de iure cōi. Sed Goff. hoc reprobat: quia nō agitur ibi de dispēsatione facienda vel nō facienda: sed an facta sit reuocanda. Et dicit q nō: r hoc iuste: quia remissio nec i iure semel facta reuocat. z3. q. 4. si illic. Et 9uenit cuz Goff. Ber. r Inno. r Bar. brix. Pe. de samp. r Hosti. vñ fm eos nec in hoc casu legato dispensare licet: extra. e. dilectus. sicut nec 9tra 9ciliū lateran. ex de pben. dilectus. Nec mix quia talis dispēsatio ē 9 aplm. 8. q. i. aplica.

vnde nota fm Ber. q cum dicitur infra. c. ex tua. ad tuaz 9sultationē. improprie ponitur 9sultatio: quia qñ 9sultationi rñdet ius cōe p l'rāsionem ondītur: extra de voto de multa. In hoc aūt. c. ex tua. non ius cōe: sed indulgentia continet. Et hoc patet p illud quod dicitur ibidem. i. dispensasti. dispēsationez: et pbat extra. e. dilectus. r. c. nimis. vt hētur q tm per papā cū talibus dispēsat: r iō cōsultatio ponit ibi p supplicatiōe. Quid si epus ordinet aliquē immediate ad ecclesiam paternā: Rñdeo aut facit hoc sciēter vel ignoranter. si scienter nō potest illa spoliare eum ppria auctoritate: nec suum factū tanq̄ illicitum reuocare: qđ fit in odium episcopi: q fac hoc sciēter. s. ut decetero caueat fm Ber. Si vero ignorāter tamdiu euz in ecclesia illa tolerabit: donec ei de alio beneficio prouidebit: extra. e. veniēs. r. c. posuit. Hec aūt capitula fm Ber. nō 9tinent ius cōe: sed tm dispensationem. Nam de rigore iuris talis debet deponi. ar. di. 5o. ex penitentibus. vbi dicitur q si p ignorantiaz epi solēniter penitēs ordinetur deponi debet: quia se non prodidit. Et sic in primo casu papa pter culpā episcopi cuz eo dispensat. in z° de gratia eū ad tempus tolerat. Quid si quis probabit episcopū h: sciuisse: Rñdeo ille qui dicit r allegat sciam debet p bare di. 83. §. prouidendum. r. 8z^a. c. posuisti. r presumit contra episcopum qui examinauit vel examinari fecit. dist. z4. qñ epus. vnde videt q ipe debet se pbare ignorasse. Hec Ber. extra. e. veniens. Sz nūqd iste talis erit interim prelatus: Rñdeo q sic r habebit oia: r hoc de mandato pape: alit nō esset prelatus: quia prelatio dari non potest ad tempus. dis. 55. precepta. Hec Ber. ex. e. veniens. Si tamē velis opi. Ray. tenere dici potest fm Hosti. q in. c. ex tua. duo querunt. Primum est vtrū episcopi possint in hoc dispensare: r rñdetur q sic. z^m est vtrū tenentes talia bñficia sint remouendi. Et hoc z^m ponitur ibi. quidam ad indices: distinguēdo q si cum talibus sit dispensatū: non remouent r quod dicitur ibi: respondem⁹ q si p priores lras: expone. i. post priores litteras. r subaudi maxime: quasi dicat si tuo iure dispensatū est si aūt non sit dispensatū: sunt remouendi. Et hoc fm ponitur ibi: alios vero clericos r c. sine auctoritate. i. sine dispensatione. Nec obstat illud extra. e. dilectus. quia potest intelligi q erat filius illegitimus: ne cōtradicat. c. ex tua quod itelligit de filijs legitimis. Non obstat etiam illud. c. aplica. r alia similia que phibet successionem hereditariā in ecclesia dei: quia

locũ habet quãdo quis petit hoc nõ de gratia ſed de iure: ⁊ ſine auctoritate epĩ vult poſſeſſionem ingredi: libellũ porrigendo tanq̃ȝ ambitioſus ⁊ improbus: qđ oĩno ꝓhibetur: arg. extra. eo. conſtitutus. hoc. n. modo loquitur manifeſte. c. aplĩca: vt patet intuenti. Secus eſt de illo cũ quo prelatus ꝓprio motu diſpenſat. in tali caſu pot ex neceſſitate epiſcopus diſpenſare. poteſt igitur ſi vult eum ex cauſa admittere: alioquin põt eum repellere: extra. e. trãſmiſſa. Hec hoſt. Quid ſi diſpẽſet cũ aliquo illegitimo: vt ad clericatuȝ vl̃ ordĩes ꝓmoueat̃: R̃n° ſm Goff. Hoſti. ⁊ Ber. ex̃. e. litteras. videt̃ de minoribus tñ ei ↄceſſuȝ: ar. 34. di. lector. q2 diſpenſatio detrahit iuri cõi: ⁊ iõ per interpretationẽ ẽ reſtringenda: cum ſit odioſa: extra đ ↄſang. qđ dilecto. Quid ſi cum aliquo diſpẽſetur: vt ad ordines ꝓmoueatur: ⁊ ad omnia bñficia: nunq̇d ex hoc ꝓmoueri põt ad p̃lationes ⁊ dignitates: R̃n° ſm Goff. ⁊ Hoſt. ꝙ non: quia cũ diſpenſatur cũ aliquo in vno: non ꝓpter hoc intelligitur diſpẽſatũ eſſe in alio. Quidã tñ vt Ray. ĩ hac ⁊ ſimilibus q̃onibus diſtinguit: ꝙ ſi ꝑ diſpenſationem nullũ vel paruum preiudicium alij fiat: latiſſime eſt interpretanda: dũmodo interpretator nõ excedat metas iuriſdictionis diſpẽſantis: arg. ex̃ de reſcrip. olim. ⁊ de deci. ad audientiam. Si vero alij enorme preiudicium fiat: ſtrictiſſime eſt interpretanda: ar. extra de priuileg. porro. ⁊ de deci. ſuggeſtum. predictam etiã diſtictionem. Goff. ⁊ Hoſtiẽ. recitant: nec eam reprobant. Nunquid ex predicta diſpenſatione poterit habere canonicatũ vel eccl̃iã parochialẽ: R̃n° ſm Goff. ꝙ nõ ſi ſit diſpenſatum ꝑ epm̃ vl̃ archiepm̃: q̇bus expreſſe non licet in his caſibus diſpenſare: extra. e. c. fi. Si vero a papa vl̃ aliquo eiꝰ mandato: intelligitur diſpẽſatum etiã in preben. ex̃ de preben. ꝓ illoruȝ. Et in eccleſia parochiali: non tamen collegiata in qua ſolet ꝓuideri ꝑ electioneȝ de rectore: vt patet ibidẽ c. fi. Ceterꝝ eccl̃ie ñ collegiate ſiue ſine ꝑ̃onis ſiue cũ ꝑ̃onis ſi is ꝓ q̊ ſcribitur fuerit pñtatus: generali ſ noĩe beneficij cõprehenduntur. Et idem dicendũ ẽ ſi preter diſpẽſationeȝ ꝓ aliquo ſcribatur vt ꝓuideat̃ ei in aliquo bñficio cõpetẽti: talis eñi interpretatio dȝ fieri ſicut dictum eſt. Quid ſi diſpẽſetur cũ aliquo a papa vel ab alio de eius mandato: vt ꝓmoueat̃ ad omnes ordines: ⁊ ad bñficium eccleſiaſticuȝ: ita tamẽ ꝙ ſi ↄtingat eũ vocari ad ep̃atum non recipiat eum: niſi de licentia ſedis apl̃ice ſpeciali. Nunquid noĩe bñficij eccleſiaſtici comprehendetur eccl̃ia parochialis perſonatus vel dignitas: R̃ñdeo ꝙ ſic: vt etiam dicit Ray. alias illa clauſula. ſ. ita tamen. ibi inutiliter poneretur. Utrum is quẽ papa legitimat quo ad dignitateȝ poſſit in ep̃m ꝓmoueri. Et vtrũ is quẽ papa legitimat ſimpliciter ⁊ in forma cõi intelligatur legitimus quo ad dignitates: require infra de matrimonio. vbi agit̃ de filijs ⁊ legitimatiõe eoꝝ. Utrum legitimatus ad actus eccleſiaſticos ⁊ ſpirituales ĩtelligatur ẽt legitimus eſſe quo ad actꝰ ſeculares: R̃ñdeo ſm Ray. ꝙ ſic indirecte ⁊ per quandam ↄſequẽtiam extra. e. qui ſi. ſint le. ꝑ venerabilẽ. Multa. n. poſſumus indirecte: que non poſſumꝰ directe C. de iudicijs. quotiens. ⁊ extra de don̄. ꝓpter nup. de prudentia. Dicunt tñ Laur. Inno. Ray. ⁊ fere omnes canoniſte: ꝙ non eſt legitimatus quo ad ſucceſſionem. de hac materia habetur plenius ⁊ melius infra. c. de filijs ⁊ legitimatione eorum. Quare epiſcopꝰ põt diſpenſare cum criminoſis: preter q̃ȝ cum adulteris non autem cum patientibus defectũ originis: Reſpõdeo ꝙ maior ẽ irregularitas proueniẽs ex vitio originis q̃ȝ ex vicio cri̅s. Pria. n. ꝓuenit ex natura. 2ᵃ ex accñti. vñ 2ᵃ facilius deletur q̃ȝ prima: quia crimen per penitentiam purgat̃: nõ aũt defectus originis talia. n. ſũt imutablia. Que bñficia dicunt̃ habere curã aiaꝝ: R̃ñdeo illa quibus inſunt hec. ſ. inquirere: corrigere: precipe: reformare interdicere: ſuſpendere: excõicare: abſoluere ⁊ q̃dã alia: ar. ex̃ de elec duđũ. 2. §. tandẽ: ⁊ ex̃ de offi. or. c. i. ⁊. 3. ⁊. c. q̃rẽte. §. i. ⁊ ex̃ de mai. ⁊ obe. his qui. hec eñi ſũt medicinalia aiarũ. Nõdũ ãt circa hᵒ ſm Ho. ꝙ bñficioꝝ aliud eſt ſummũ per excellentiã vt ep̃atꝰ. Et in hᵒ diſpenſat ſolus papa: extra de elec. cũ nobis olim. §. fi. ⁊. c. innotuit. §. fi. Aliud eſt duplex vt oĩa citra epiſcopatum vſq̃ȝ ad infimum: ⁊ in his cadit diſpẽſatio epiſcopi rationabilis ⁊ neceſſaria. Aliud eſt ſimplex vt canonica: vel aliud non habens curam animarũ: quod appellatur infimum: ⁊ in hoc cadit epiſcopi diſpenſatio rationabilis ⁊ voluntaria ſm diſtinctionem infra imediate poſitam: ar. ex̃ đ elec. ſi alicuius. Diſpenſatio eñi alia ẽ voluntaria: hanc ſolus princeps facere poteſt in beneficijs ſimplicibus ⁊ duplicibus ⁊ ſummis 9. q. 3. cuncta ꝑ mundum. ⁊. c. ꝑ principalem. Alia eſt rationabilis non neceſſaria quãdo ſit ꝓpter p̃rogatiuam meritorum: hanc exercet ſolus princeps in duplicibus: extra de p̄ben. de multa. in fi. ⁊ ep̃s in ſimplicibus: vt dictum eſt. ſ. Alia eſt rationabilis: vt dictum ẽ ſupra ⁊ neceſſaria. hanc exercere poteſt etiaȝ

episcopus in duplicibus: vt habitũ ẽ primo s vnde voluit Hosti. q ex dispensatiõe q̃ habet fieri ppt necessitatẽ vel vtilitatẽ ecclesie eadẽ potestatẽ habent episcopi: per. c. extra de pbẽ. de multa. quam habebant primo per. c. di. 70 sanctorũ. Illam autẽ que fieri habet preter prerogatiuam persone facit solus papa. Et sic intellexit Pe. de samp. c. sanctorũ. vbi sm Ber. extra de elec. dudum. z. z in necessitate super. c. de multa. z Bar. brix. super. c. sanctorum. dicit q solus papa vtrãq facere potest: z sic curia tenet. Ad hoc facit li. 6. de preben. super. e. z. c. non potest. z. c. cum singula. hec Johãnes an.

De adulto differentie baptizari vsq ad egritudinem. ti. 23.

Postea cõsiderãdũ est de adulto differente baptizari vsq ad egritudinẽ. Et circa hoc querit vtr talis possit pmoueri: Rñ q nõ: dis. 57. si qs. Cã huius phibitionis ẽ: quia presumitur nõ vere penitens: cũ nõ ex voluntate: sed ex necessitate. s. mortis timore videatur baptismum recepisse: z ita presumit q non sint ei peccata dimissa: vt patet in. c. si qs de sen. ex. z dis. i. nullus. Sũt tamẽ duo casus in quibus talis pmoueri potest. Unus si post baptismum fides eius z vita probabilis apparuit. Alius si raritas clericorum exegerit vt patet infra. c. si qs in fine.

De peregrinis z ignotis. ti. 24.

Deinde cõsiderãdũ: est de peregrinis z ignotis. Et circa hoc plura querunt. s. q̃ dicũt peregrini z ignoti: Rñ Peregrini dicuntur cõiter oẽs: qui nõ sũt de episcopatu ordinãtis siue sint clerici: siue laici: ar. 3. q. 6. peregrina. z. 6. q. 3. c. i. z. z. quia nullus taliũ ab aliquo episcopo recipi debet ad dignitates: vel ordies vel alia ecclesiastica sacramenta. dis. z. p totum. z specialiter psonatum: z ex de parochi. c. z. z. 3. Ignoti vero dicunt quor origo vita z regularitas epõ sunt ignota: non distincto vtrũ sint de epãtu eius vel de alio. Et hi etiã excludunt a dignitatibus z ordinib. di. 24. quãdo epus. z. z. q. 7. querendũ. v. quor vita z etiã a sacramentis. de 9secra. di. z. tribus. Si tñ aliquis sit icola notus: sed indignus: z indignitas eius soli episcopo sit nota: ab ordinibus excludi nõ põt: extra de temp. ordi. ex tuarum. nec a sacramentis. de conse. di. z. nõ phibeat. Dicit aũt Rod. q huic iuri p9trariã consuetudinem est hodie derogatum: cum quotidie clerici vnius diocesis beneficiẽtur ab episcopis aliarum diocesum sine litteris dimissorijs epi sui. Quare tales repellunt a pmotione: Rñdeo pter tria. Primo quia non licet epo ponere falcem sue iurisdictionis in messem alienam: ordinando vel iudicando subditos alienos. 9. q. z. p totũ. 2° q2 tales solent p magna parte esse criminosi in fames excõicati: vel alias irregulares li. 6. de temp. ordi. sepe. 3° quia sepe mentiunt se habere ordines: cum non hẽant: vel habere maiores q̃ habeãt. di. 98. affectos. z. 19. q. z. due.

Sed quando z qualiter admittuntur vel repelluntur: Rñdeo si qs habet litteras pape cõmendaticias siue testimoniales vbiq recipi debet in ordine suo: etra de cle. non re. fraternitati. Si vo litteras habeat episcopi sui z sigillum notum: ita q de eo constet põt admitti: ar. extra de preben. cum scdm. z de cẽsi. sopite. Si vero tam clericus q̃ sigillum sint ignoti: non recipitur publice nisi habeat sigilla quinq episcopor: extra. e. c. i. Et hoc locũ habet vt dicit Host. de clericis vltramarinis z alijs valde remotis: vt etiam innuit ibidẽ. Nam per iuramentum ordines non possunt probari. Et licet clericus habeat qnq sigilla vel sigillũ epi pprij: z pmoueri velit ad ordies vl' bñficia: tenet tñ in suspẽso: donec eius conuersatio sit nõ: extra. e. c. i. z. z. Sed videt ẽt q mille sigilla ignota nõ sufficiant: quia non prestant plus fidei q̃ vnum ignotũ. Ad hoc rñdent Laurentius z Hugo q citius falsat vnũ sigillum q̃ qnq: z ideo magis creditur qnq vel pluribus sigillis q̃ vni: sicut magis creditur pluribus testibus q̃ vni: quia facilius corrumpitur vnus q̃ plures. Sed hec ratio non est sufficiens sm. Hosti. q2 qui falsat vnum sigillum: idem faceret etiã de centum: quia ibi corruptio tantum dependet ex parte vnius scilicet falsarij. Secus autẽ est de corruptione testium: quia pedent non tantum a corrumpente: sed etiã a testibus producendis. Johãnes vero dixit q nisi de sigillis vel ecclesijs quarum esse dicuntur: aliqua noticia habeatur: non est eis credendum etiam si essent centum: quia eadem ratio remanet: ergo z idem ius: z circa maiora piculum vertitur. dis. 4i. quiescamus. Sed forte testis vnus cum sigillis sufficeret. Et hoc secũdũ Host. verius videtur. Potest etiam facere fidem de ordinibus p testes. extra eodem tue.

Nec refert secundum. Hosti. vtrum fidē faciat p testes vel instrumenta: et similiter p argumenta idonea. extra. e. inter quatuor. Et dicit ibidem Ber. q eque bene probatur per argumenta vel indicia: sicut per testes. extra de psump. litteris. Idonea argumēta vocat sigilla epozum: vt dicit idem ibidem. Et licet nullam faciat fidez: i secreto tamen ex deuotione celebrare pmittetē de iure cōi fm Hosti. vt patz ex. e. tue. Innoc. autem super. c. tua. dicit: q si ex receptione talium magnum preiudicium fieret alicui collationi: quinqz sigillis hi⁹ nō crederetur nisi al's legitime probaretur. Et idem diceret. Hosti. ibidem. Item Innoc. sup. c. inter. dicit. q si sit al's bone vite et habeat quinqz epozum sigilla ignota: si habeatur aliqua noticia p famam: vel aliter de epis vel de terris eozum licet al's nō sit sufficiens probatio: tamen in hoc casu talem crederem admittendum. Et idē dicit Hosti. i glo. ibidem. Et fm Hosti. ibidem si constabit de aliquo per illos inter quos diu conuersatus est q semper se gessit vt psbr vtiqz sufficeret: ar. ex. de psbytero non bap. c. 2. Non licz aūt platis diocesano subiectis instituere clericos extraneos in suis eccl'ijs eo inconsulto: quod si faciant potest eos inde remouere: nisi cum eis dispenset. ex. e. c. finali. Dicit aūt Innoc. ex. e. c. te nobis. q vbi loca exemptoꝝ habēt pplm: non licet etiaz eis recipe aliquē clericū peregrinuz sine licentia episcopi diocesis. Et potest dici: q tātum habet cognoscere de litteris dimissorijs: et postqz pnūciauerit eū plene dimissum: exemptis licet accipe euz. Sciēdum autem q in litteris debet esse clausula talis vel similis. Quem ad talem ordinem gradatim pmouimus: vt dicit ar. dis. 23. In noie et. c. se. Et est ratio: q2 de maiozibus et minozibus inquiri debet ne forte per saltum pmot⁹ esset: quia tunc executionē nō haberet. extra. e. c. i. in fi. He autem littere vocātur ꝯmēdaticie siue testimoniales: q2 ibi ꝯmēdatio et testificatio de vita et ordinibus quos hz debz cōtineri: extra. e. tue. Sed ille non sufficiunt qꝫtum ad hoc. q ordines recipere possit: immo opoztet q habeat dimissorias i quibus appareat q epus eū a ptāte et iurisdictione sua dimiserit: et licentiā ei se trāsferēdi dederit quocūqz voluerit. di. 71. p totuz. vl' dprecatorias extra de temp. or. qd trāslatōem. Nec i hoc casu littere archidiaconi sufficiūt. ex. de offi. archid. significasti. Al's lz characterē recipet tñ executōem forte nō haberet: vt pz in. c. q trāslatōem. Istas aūt lras nō faciat epus: nisi postulatus: ne detur occasio euagandi. dis. 72. c

i. De abbatibus autez exemptis dicit Innoc. extra. e. in pn. ti. q si ita sint exēpti diaconus nō hz in clericos eoꝝ ordinatiōez: lras dimissorias ꝯcedere pñt. Quid si dicat se litteras amisse: Rn. fm Ber. extra. e. c. i. Probet earum amissionem et tenozem: et q sine vicio fuerint ex de pui. cum olim in fi. Sciendum autez q pp̄ter supradictas causas pcipitur: q nullus epozū italie aliquē vltramontanū clericū ordinet sine licentia pape: vel sine licētia epi: de cuius diocesi est oziundus: vel i cui⁹ diocesi est beneficiatus: patentibus continētibus cām racionabilem quare non ordinet eū Si secus fuerit factum: ordinās erit pena cōdigna puniendus: et ordinat⁹ erit suspensus: nec cum eo poterit dispensari etiā p penitentiarios pape: sine eius licentia speciali lib. 6. de temp. ordi. sepe. Et fm Jo. an. hoc intelligit precipi abbatibus italie sicut epis. Sz qd si episcopus vltramontanus ordinet clericū italie: Respondet Jo. an. ibidem dubitando tamē q tunc non habet locum hec decretalis cum sit penalis: et per cōsequens restringēda et sic nō excedit pp̄rium casum. li. 6. e. statutū. et de pe. di. i. §. pene. Sed contra: quia ibi ē eadem ratio: ergo idem ius: Rñdeo q non ē ratio: quia vltramontanus existens in italia potest mittere pro licentia ad suum episcopū vel saltem a papa qui est prope licentiam petere: quod nō potest sic de facili italic⁹ vltra montes existens. Ad hec nota q in casu presentis decretalis ordinatus est suspēsus tali suspensione q celebrans incurrit irregularitatem fm Jo. an. Quid si laicus vltramontanus ordinetur ab episcopo italie i clericum: Nunquid tunc locum habebit decretalis. s. sepe. Et videtur q non. quia est penalis. et quia i pemio dicitur de sacris. Sed ꝯ li. 6. de temp. or. nullus. et eadē est ratio vtrobiqz: ergo idem ius. Et p hoc credit Jo. an. q hec decretalis locum habet in pposito casu: et legit litteraz faciendo punctū has duas dictiones. s. vltramontanū et clericum. Et sic licz pemiū de sacris loquat: ꝯstructio tamen generaliter loquitur. Vel dic fm eundem q hi dicuntur large sacri ordines: vt ꝯphēndāt minores. sicut patet ex d bigamis. c. i. Alij dicūt ꝯriū. Ad h nō: q ex i. c. d clericis pegrinis tractat vtrū pegrin⁹ cleric⁹ sit recip ied⁹ sine lris epi sui. In 2°. vo de p egrinātib⁹ quō accedēs ad sedē aplicā itelligat eē sb ptectōe ei⁹dem. Nam et oēs pegrini sunt sub ptectōe ecclesie. ex de treu. innouamus.

De etate ordinandoꝝ. ti. 25.

Postea cōsiderā/
dū est de etate ordinandoꝝ ꝛ pfici/
endorū. Et primo de etate ordinā
di. 2° de etate preficiendi. 3° de ordine prefe/
rēdi. Circa primū queruntur plura. s. vtꝝ
pueri rōnis vsu carentes recipe possint ordi
nes? Rūdeo. Per pueritiā ꝛ alios defectus
quibus rōnis vsus tollitur actus impeditur
Et ideo illa sacramenta: que actū recipiētis
sacramētū requirūt: hñtibus huiusmodi de/
fectum nō competūt vt mřimoniū: penitētia
ꝛ huiusmodi. Sed qa ptātes infuse sūt actib⁹
priores sicut ꝛ naturales: licet acquisite poste
riores sint: remoto vero posteriori: non tollit
prius: ideo oia sacramēta ī quibus nō requi
ritur actus suscipientis de necessitate sacra/
menti: sed ptās aliqua spūalis diuinit⁹ data
pueri ꝛ alij carentes vsu rōnis recipere pñt.
Distinguendum tamen est: ꝙ in ordinibus
minoribus requiritur tempus discretiōis de
honestate ꝓpter dignitatem sacramenti: sed
nō de necessitate sacramenti vel precepti. Vñ
aliqui si necessitas assit: ꝛ spes ꝓficiendi pñt
sine peccato añ annos discretionis ad mino
res ordines promoueri: quia licet tūc nō sint
idonei ad officia que eis cōmittuntur: tamē
reddentur idonei ꝑ exercitium. In ordinib⁹
vero maioribus rōnis vsus requirit de hone/
state ꝛ etiā de necessitate precepti ꝓpter conti
nentie votū: qd habent annexū: ꝛ et q2 eis sa
cra tractanda cōmittuntur. Sed ad epatū:
in quo iurisdictio in corpus mysticū accipit
vsus rōnis recipientis requirit: ꝛ ideo de ne/
cessitate episcopalis cōsecrationis ē ꝙ hēat
vsum rōnis: fm Tho. 4°. dis. 25. q. 2. ar. 1. q.
2. c. Aliqui vero dicunt ɔtrarium: vt Hug. di.
77. subdiaconus: ꝙ puer in cunis posset reci/
pere oēs ordines etiam epatum. Et ei videt
ɔsentire Hosti. dicens: ꝙ ipse nō dubitat qn
characterem recipiat: ex quo est baptizatus.
Hoc dicit post predicta verba Hug. Arm. ex
pressum est extra de bap. maiores. §. penult. ꝛ
vlt. Quidā aūt dicunt: ꝙ ad oēs ordines req
ritur vsus rōnis de necessitate precepti: sed
dictum eorum rōne vel auctoritate nō confir
matur. Unde prima opi. plus placet mihi.
Videtur tamen multis ꝛ pbabiliter vt dicit
Ric. 4°. di. 25. q. 4. ar. 2. c. 4m. ꝙ in adultis
requirit intentio recipiendi explicite vel im/
plicite ī speciali vel generali. Repellitur ergo
quis ab ordinatione ꝛ electione ꝓpter etatis
defectum: dis. 77. in lege. ꝛ ex de elect. duduȝ.
Distinguendū tñ est: q2 aut ab infantia tra/
dit aliquis militie clericali: aut ē grādeuus
qui petit ordinari. In primo casu: a. 7. anno
vsqꝫ ad. 21. ānū pōt tradi eccl'ie: ꝛ oēs minores
ordines recipe. Subdiaconatū vero nō reci/
piet minor. 20. annis. Nec diaconatū minor
25. annis. Nec presbiatū minor. 30. dis. 28. ꝑ
totū. Hoc saluo: ꝙ olim īstāte necessitate po
terat quis fieri presbyter i. 25. an. qd ꝛ hodie
indistincte ꝑ ɔsuetudinē approbat: que iure
flectitur: dis. 78. c. fi. ex de elec. cū in cūctis. §.
inferiora. Hug. vero notat. 78. dis. c. fi. ꝙ pōt
qs fieri diaconus in. 20. anno. subdiaconus
in. 15. ar. e. c. s. vt sicut. de. 30. annis subtrahū
tur. 5. instante necessitate ordinādi presbim.
sic etiam dicatur de diacono ꝛ subdiacono:
q2 eadē rō: ergo ꝛ idē ius: ar. ex de ɔsangui.
tua. Qd ēt Hosti. sentire videt. Itē videt fm
Hosti. ꝙ in. 14. anno possit qs fieri diaconus
sicut ꝛ subdiaconus: ar. a ɔtrario sensu: ex. e.
vel nō ē compos. ꝛ ar. ex pressuȝ extra de regu/
larib⁹ postulasti. In 2° casu. s. cū grādeuus
petit ordinari intersticia sic debēt seruari: vt
. s. in duobus primis annis postqꝫ fuerit cleri
cus recipiat omnes ordines minores. In reli
quis vero oēs maiores. dis. 77. quicunqꝫ. Di
spensatiue tñ ꝓpter necessitatē ecclesie potest
laicus grādeuus infra annuȝ ꝛ dimidiū oēs
ordines recipe. Monachus vero infra annū
dis. 77. c. finali. Hodie tamē hi⁹ intersticia ex
ɔsuetudine non seruant. Nec etiam vt dicit
Rod. tempora ordinandorum preter qꝫ circa
episcopos qui debent esse. 30. annoꝝ. Petrus
āt. 4°. di. 25. qōne. 3. ar. 2. c. dicit: ꝙ ex idonei/
tate persone ꝛ necessitate ecclesie pōt tempus
ordinandoꝝ aliqualiter dispensatione epi an
ticipari. Nūc aūt est expressum li. 7. de eta. ꝙ
quis in anno etatis sue. 18. subdiacon⁹ in. 20
diaconus in. 25. presbyter libere fieri pōt.
Utrum fauore religionis etiā minor. 25. an
noꝝ possit quis presbyter fieri? Rñdet Host.
ꝙ religiosi tenent ꝙ sic: sed ipse credit ɔtrium
sicut notat Hug. 77. di. c. fi. ibi. maxie si huic
etas suffragatur. Quid si quis minoreȝ. 14.
annis ordinet in diaconum? Rñdeo. Ordi/
nans a collatione ordinū: ordinatus ab exe/
cutione diaconij vsqꝫ ad completum. 14. an
num suspenditur in iniuriam ordinātis. Et
idē ē si ordinet in subdiaconū fm Ray. extra
de temp ordi. vel nō ē compos. Sed q alicui
infanti siue minori. 7. annis ɔferre tōsuram
clericalē ꝓsumereȝ: nisi forte religionē ītraret
ipso facto a collatione eiusdē ordinis per an
nuȝ suspensus esset. li. 6. de temp. ordi. null⁹.

Utrum ordinati ante annos discretionis
teneantur continere cum peruenerint ad le
gitimam etatem: ita ꝙ nō possint mřimoniū

contrahere? Rñdeo. Aliquibus videt quod non quia continere est res voti non precepti. 32. q. i. integritas. Et in tali etate votū nō tenet extra de regula. c. ad nostram. c. significatum. et c. cum scimus. Unde videtur eis quod cōtrahere possint si contradicant añ. 14. annū. Alijs videtur quod sic: ar. extra de clerico p sal. pro. c. vno et de temp. ordi. vel non est cōpos. Prime opi. fuit Hug. et notat di. 17. diacon⁹. et 32. subdiaconibus. quod puer in cunis pōt omnes ordies recipere: nec ei preiudicatur qñ fit adultus: nisi ratificet qd suscepit: ar. pro eo ex pressum fm Hosti. patet ex de bap. maiores. §. penul. et vlt. in fi. Ad hanc etiam opi. videtur magis declinare Hosti. ti. de cleri. per sal. pro. et ti. de temp. ordi. Hui⁹ etiaz opi. fuit Inno. in ti. de cle. p sal. p. et Jo. i. q. i. estote. dicēs: quod puer nō obligatur: nisi sit doli capax: sed si sit doli capax: et voto et sacramento se obligare pōt: sed non religioni. Secūde vero opi. fuit Ber. ex. e. de cleri. p sal. p. dicens ibidē: quod talis etatis añq ordinaret debuit contradicere et nullo mō consentire. Sed ista rō friuola videtur esse qñ in tali etate ordines recipit: in qua talia non discernit. Scdz hanc opi. ordo faceret: qd votum facere nō posset.

Circa scōm nota: quod in preficiendis requiritur etas determinata: quia prefici nō debet in epm minor. 30. annis cōpletis: ita quod non desit dies. Cuius rō est: qr ē vicarius xpi: qui i tali etate baptizauit et predicauit. dis. 78. presbyter. Aliqñ tamē minor preficitur: sed a solo papa hic dispensat: ex de elec. cū nobis olim. §. fi. cū suis concor. In preficiendis aūt in dignitatibus inferioribus et ecclesiar parochialibus requirit etas. 25. ānorum: ad quod sufficit attigisse annū vltimuz extra de elec. cū in cūctis. §. inferiora. Sed obijcit: quod tales vt in pluribus fieri vel esse debent presbyteri: extra de elec. c. i. et c. persona. et dis. 60. c. 2. et 3. presbr aūt ñ debet qs fieri añ 30. annum. Rñdeo. Temp⁹ sacerdotij artat in assumptis ad officia: quibus sacerdotium est annexū: vt patet in. c. cum in cunctis. fm Goff. Sed de hoc dic vt notatuz est supra. In hoc tñ casu fm Tanc. et sequaces eius nullus simpliciter dispensat nisi papa: quia prelatus cōueniens punitur: extra de elec. nihil ē. ergo ex quo penam meretur: nō habebit premium dispensandi: ar. extra de doñ. inter vi. et vxo. et si necesse. Preterea nullus in etate pōt dispensare nisi princeps. C. de his qui de. eta. ipe. l. i. et 2. Ergo standi est legi: nisi canon cōtradicat: quia etiam ipsis vtimur: vbi deficit ius canonicū dis. io. c. i. Et huius sententie fuit etiā Ber. c. e. preterea. Jo. vero dicit contrariuz. s. quod prelati i hoc dispensare possunt: qñcūqz hoc necessitas vel vtilitas ecclesie reqrit: arg. extra de elec. indecorum. et c. queris. cum similibus. quod si prelatus dispenset: puniri debet. Et fm Roff. in. c. cum in cūctis loquitur de iure cōi. sed. c. indecorum. ostendit a quo anno pñt episcopi dispensare. Hosti. autez opi. Jo. consentit: et eaz multipliciter fulcit. Sz contra extra de elec. dudum. 2. §. nos igitur. Sed Hostien. dicit quod hoc. c. intelligitur si indiscrete dispensatur. Et idem dicit de oībus defectibus qui infamiam inducunt: qa in illis solus papa dispensat: qui infamiam tollere potest: extra de sen. et re iudi. cū te. Ad illa vero que Tanc. pro se adducit respondet Hosti. Et primo ad rōnem eius. quia si vera esset: tunc etiam per eandem rationem nec in simplicibus beneficijs episcopus dispensare posset: quia et si illa indigne conferat punitur: extra de preben. graue. quod esset cōtra Tanc. qui scripsit quod in minoribus dispensare potest. Ad legem autem respondet: quod vult stare legi. Dicit autem lex: quod impuberes admitti non debent ad honores: etiam ex causa. ff. de iu. immu. l. 2. §. puberes. Ergo a contrario sensu puberes sunt admittendi ex causa: vt dicit casus. ff. de decur. l. non tantum. §. non alias. Et ita concordat lex cum decre. a qua elicio. ar. a contrario. extra de elec. indecorū. Nec obstat lex quam allegat Tanc. quia loquitur quantum ad administrationē rei priuate: cuius fauor non est tantus sicut reipu. Sic ergo fm Hosti. i necessitate ecclesie pōt in defectū epus dispēsare. Nec intelligit facē contra conciliū: qr semp intelligit tacite ab oī phibitione necessitas excepta: que nō habet legem: extra de re. iur. l. qd non est. Hodie aūt est expressum quod episcopi possunt dispensare cum habentibus. 20. annum completum: vt habere possint dignitates vel personatus: quibus cura non imminet animaruz. li. 6. de eta permittimus. Expressum est etiaz quod regimē ecclesie parochialis alicui conferri nō potest nisi attigerit. 25. annuz: al's collatio nō valet li. 6. de elec. licet. Quid si papa scribat pro minori etate quod assumat ad officiū hñs curaz aīar? Rñdeo. Littere tales impetrate p taciturnitatem etatis non valent: ex. eodē. eā. Si tamē papa p tali scienter scriberet: obediēdū esset: qr instar sacrilegij obtinet dubitare an dignus sit quē princeps elegerit. 17. q. 4. §. q autem. Hec Ber. super. c. eam. Esto quod puer dispensatiue toleretur in personatu: Nunquid omnia facere possit tanq maior? Rñdz

Ber.extra.e.ex religione.q nō: ar.extra eo. indecorū.quia etiam qui veniā etatis impe/trat non pōt alienare fine decreto: nec habet liberā administrationem vsq ad.15.annū.C. de his qui ve.eta.cos.Immo etiā nec habebit talis in ca°.vocē.Itē in prebendis desiderat etas:quia pueri nō reputantur ad prebēdas idonei:extra de preben.sup iordinata. De q dic vt infra vbi agit de preben. Hec itaq sūt de rigore iuris. Nam ɔsuetudo curie stat ad presens opi.Tanc.Hec Hosti.

Irca tertiū sciendū: q ad ecclesiam parochialem admitti nō debet aliqs nisi sit i sacris. In hac tñ z in dignitatibus minoribus pñt episcopi dispensare sm omnes: extra de eta. persona. In episcopum vero nō pōt quis eligi nisi sit in sacris. Et in hoc solus papa dispensat:ar.di.17.multis.i fi. z extra de corpore viti.c.2.sm Host.Itē nullus de cetero habere pōt in ecclesijs cathedralibus vl'collegiatis secularibus z regularib⁹ vocem in capitulo:et si hec alij sibi libere cō/cedant:nisi saltē fuerit subdiaconus. Qui vo dignitates psonatus officia vel prebendas:q̄/bus certi ordines sūt annexi: pacifice nūc obtinent in eisdem ecclesijs: vel obtinuerunt in futurum:nisi iusto impedimento cessante ad hi⁹ ordines promoueri se fecerint infra ānū: ex tūc donec pmoti fuerit nullo modo vocē habeant in capitulo earūdē:eisq distributionū que dantur his qui certis horis intersūt medietas subtrahatur:non obstante aliqua ɔsuetudine vel statuto li.7.de eta.vt hi.

De impedimento sexus.ti.26.

Einde cōsiderā/

duz est de impedimēto sexus.Circa qd̄ querit vtrū sexus femine⁹ impediat ordinis susceptionē: Rn°. Quedā reqrunt in recipiēte sacrm q̄si de necessitate sacramenti: que si desint non potest quis re/cipere sacramētū:nec rē sacramēti. Quedā vero requiruntur de necessitate non quidem sacramenti:sed precepti pter cōgruitatē ad sacramentū:z sine talibus aliquis recipit sa/cramentum:sed non rem sacramenti. Dicē/dum ē ergo q sexus virilis requirit ad susce/ptionē ordinū vtroq modo. Unde z si mulieri adhibeant oia que fiunt i ordinibus nō recipit ordinem. Cuius rō est: q2 sacramēta vim habent ex sua institutione. Christus aūt hoc sacramētū instituit ɔferri masculis z nō feminis. Huius aūt institutionis rō: fuit rō ɔgruitatis duplex. Una q2 cū sacramētū sit signū in his que agunt in sacramēto:requiritur nō tantū res sed etiā rei significatio:sicut dictum est supra:q in extrema vnctione reqritur q sit infirmus:vt significetur indigens curatione. Ordo aūt cōstituit ordinatū in gradu eminentie. Et ideo hoc aliquo modo significari debet ex eminentia respectu eius q̄ ordinat. Mulier aūt respectu viri statū subiectionis habet:'quod etiam ɔsonat nature quia sexus muliebris videtur impfectus eē naturaliter respectu sexus virilis. Uñ super illud.i.Timo.3.mulieres semp oportet eē pudicas:dicit Ambro. Occasione hoz verboz catastrige dicunt debere diaconissā ordinari quod est ɔtrariū veritati: quia mulieres nō recipiunt characterem impediēte sexu z constitutione ecclesie. 2° ratio est quia officium doctrine ɔuenit ordini in quātū omnis ordo ordinatur ad presbyteratū: cui hoc officium cōuenit principalit.16.q.i.adijciū⁹. Cōpetit etiā diaconatui ex delegatione. Sic intelligit illud.dis.25.perlectis. Uel sm glo.pdicatio/nem vocant euangelicam lectionem. Docē aūt publice mulieri non ɔuenit pter debilitatem intellectus z mutabilitatem affectus: quos defectus cōiter mulier notabili⁹ q̄ vir patitur. Decet enim habere doctores viuacem intellectum in veritatis cognitione:z stabilem affectum in psistendo in eius ɔfessiōe. Et iste due rōnes ex verbis apl'i.i. Timo.2. pñt elici. Mulier inquit in silētio discat. Docere aūt mulieri nō pmitto neq ordinari.

Si obijciat q prelatio cōmittit feminis vt abbatissis: dicendū q non habent plationē ordinariā sed ex cōmissiōe pter periculū cohabitatiōis viroz ad feminas. Nec ē incōueniens q sint sup mulieres ad coercendū eas sed absonū esset q essent sup viros. Licet.n. beatissima virgo dignior z excellentior fuerit omnibus apostolis:nō tñ dñs cōmisit sibi claues regni celoz:sed illis:ex de pe.z re.noua.

Ad hec nota q mulieres q̄tūcunq sint docte z sancte z etiā abbatisse: nō tamen pñt predicare:nec docere publice: nec sacra vasa contingere:nec benedicere: nec velare moniales:nec confessiones audire: nec excōicare: nec absoluē:nec iudicare:nec officiū alicuius ordinis:nec aliquē actū ptātis clauiū exer/cere:quia nec eas habent.di.23.sacratos. et 33.q.5.mulierem.z extra de sen.ex.de monia/libus. z de pe.z re.noua. in textu z glosa.z de maio.z obe.dilecta. i glosa.nec ad altare seruire: extra de cohabita.clerico. z mulie.c.i. in fine. Non debent etiā tonsurari:extra de

duer.diu. vrorat⁹. nec debet eis coma am/ putari.di.30.quicunq; milierem. Non pōt ē mulier in se arbitrium suscipe:extra de arbi. dilecti filij. nec in iudicio ꝓcuratrix esse.C.ð ꝓcur.q̄a abn̄te.nisi ꝑ patre morboso: vl'etate impedito ageret.ff. de ꝓcur. feminis. Cōtra extra de confirma.cū dilecta. Sed ad hoc re spōdet Ber. ibi ꝙ papa ex certa scientia insti tuit illā abbatissam ꝓcuratricē. Nec in iudi cio aduocare.3.q.7.§.tria.ꝛ generaliter iter/ dictū ē mulieribus officiū virile.ff. de postu/ lando.l.i.§.sexu3. Hec Ber.extra de ꝓ.ꝛ re. noua. Possunt tamen abbatisse in suis clau/ stris ꝛ capitulis:licet non publice in ecclesijs suis sorores suas docere:ꝛ ad bonū inducere Et ille debent eis obedientiā ꝛ reuerentiam exhibere:ꝛ eaꝝ mandata ꝛ monita salubria seruare:extra de maio.dilecta. Possunt etiā s̄m Rod. presbyteris de ꝯgregatione sua ꝑci pere ꝙ excōicent vel absoluant moniales de/ linquentes: ꝛ illi tenentur obedire. si tamen presbyteri hoc habeant ex ꝯcessione generali vel speciali episcopi vel pape:si sint exempte: aut si habeant hoc ex antiqua ꝛ approbata ꝯ suetudine. Habent etiam administrationem tēporaliū ꝛ spūaliū:ar.extra de ꝯfirma. cū dilecta. ꝛ de his que fi.a prelatis.c.z. Et rōe administrationis p⁹ ꝯfirmationē suā possūt ecclesias suas ꝛ beneficia ꝯferre: ꝛ clericos ī ecclesijs sui monasterij instituere:sicut faciūt alij confirmati:extra de elec.nosti.ꝛ sicut ab bates.ex̄ de his que fiunt a prela.ea noscitur Sicut enim abbas de ꝯsensu capituli ꝑstat: vt dicitur in dicto.c.ea. sic et abbatisse. Hec Ber.extra de maio.ꝛ obed.dilecta. Dubi/ tatur aūt vtrū abbatisse possint iterdicere vel suspendere. Et dicit Rod.ꝙ sic:maxime vbi ē talis ꝯsuetudo ꝙ mulieres etia3 laice habent iurisdictionem de antiqua ꝯsuetudine. ex̄ de arbitris.dilecti. Et videtur eis exꝑssum in d. c.dilecta.ꝙ possūt ab officio ꝛ beneficio suspē dere clericos sibi subditos:ꝛ suas monachas sibi inobedientes:sicut etiam possunt ꝑsenta/ re ad ecclesias vacātes:qð etiā aliquādo sen/ tit Ber. vt patet ibide3 quasi in pn.ꝑne.glo Sed ipse hoc postea correxit etiā ibidem ad/ dēs.ī.in eadem glo.ꝙ potest dici ꝙ abbatissa non potest suspendere ab officio ꝛ iterdicere. quia hoc ꝑtinet ad claues ecclesie.ex̄ ð exces. prela.tanta.que sexui virili non muliebri sūt tradite.ex̄ de ꝓ.ꝛ re.noua. Dicit tamē ibidē Hosti. ꝙ abbatissa clericis suis iterdicere po test ne celebrent ꝛ ꝑbendā recipiāt.et illi pec/ cant si non obediunt:tamē si celebrent nō fi/ unt irregulares. Insuper nota ꝙ licet mu lieres iudicare nō possint ī spiritualibus cau sis: de tēpalibus tamen vbi est ꝯsuetudo iudi care possunt vt nobiles domine de frācia.ar. ex̄ de arbitris.dilecti. Non obstat autem ꝑdi ctis qð legitur.27.q.i. Diaconissam ante an nos.40.ordinari non debere statuimus.ꝛ.c. si quis rapuerit.quia ibi dicitur diaconissam non q̄ diaconij ordinē habebat:sed illa super quā forte bn̄dictio aliqua dicebatur: ratione cuius ꝯsequebat̄ aliquid:qð moialib⁹ cōiter nō licebat: vt forte dicere orationē: vel forte aliqð officiū:vt legere in matutinis omelia3: vt ibi dicit quedam glo. licet quidā exponāt: diaconissam.i.abbatissam.ordinari.i. velari. Hodie aūt hi⁹ diaconisse nō habent̄:sed pre/ dictum officiu3 oēs moniales ꝯsecrate con/ sequunt̄. Nō obstat etiā illud dis.32. presbyt̄ quia presbytera dicit̄ ibi q̄si presbralis: nō qꝛ esset ordinata:sed qꝛ ordinati socia. Unde ī sequenti.c.tales femine vocant̄ seniores vni uire vel matricure.i.matrone curā hn̄tes ec/ clesie istar matrūfamilias. Quid ð hermo frodito? Rn̄. Si magis vergat in sexū virilē q̄3 muliebrē pōt recipere characterē. Si econ uerso non potest. 4.q.3.hermofroditus. Ite3 hermofroditus ordinari nō debet:siue sic ha/ beat:siue sic:ꝓpter informitatē ꝛ monstruosi tate3.di.36. illitteratos.ꝛ di.49.c.vlt. Si aūt incalescat eque sexus virilis ꝛ muliebris re/ cipere non potest characterem:qꝛ non potest dici aliqs vel aliqua. Hec Rod.

De impedimento infamie.ti.27.

Ostea cōsiderā/ dū ē de impedimēto infamie. Et circa hoc q̄runt̄ plura. Primo vtꝝ infames īfamia iuris ciuilis sint repellēdi ab ordinū receptione et p⁹ pactā pniam? Rn̄. Sicut fama ē illese dignitatis status vita et morib⁹ cōprobat⁹: sic infamia ē q̄tū ad vitā ꝛ mores lese dignitatis status. Et si sit effect⁹ iuris dicit̄ infamia iuris:siue ipso facto ꝯtra hatur:siue per sniam irrogetur. Sciendū āt ꝙ quidā sunt infames s̄m canones: nō tn̄ s̄m leges. Quidā s̄m leges nō s̄m canones.6 q.i.omnes vero.in glo. Tamē vt in pluribus oēs infames s̄m leges sunt infames s̄m ca/ nones. Unde ī.d.c.dicitur. Oēs infames eē dicim⁹: quos seculi leges infames appellant Dicendū ē ergo: ꝙ infames iuris ciuilis: h⁹ vltimo mō siue ꝑ snia3 irroget̄:siue ipō facto ꝯhatur:nisi fuerint ab eo qui pōt in integru3 restituti: sūt legitimis actib⁹ ipō iure ꝓuati.

Unde repellendi sunt non tm̄ ab ordinū receptione sed etiā ab accusatione et testificatione: etiā post pniam pactā de illo crimie pro quo sunt infames effecti. Cuius rō est: qr ea ꝑpter que iura ciuilia et canonica ↄcordit iudicant aliquē esse infamem: reddunt eū in reputatione hominū: licet penitentiā egerit: obprobriosum et vilez. Et sicut dicitur extra de excessi. prela. inter dilectos. ꝑsonis vilibus et indignis porte dignitatis patere nō debent. Qñqꝫ tamē ꝑpter criminis enormitatē: vt est crimen simonie: et alia crimina excepta: crimi nosi testes recipiunt: de equitate cū agitur ciuiliter de illo crimine. Nō recipiuntur tamē simpliciter: sed cū alijs adminiculis: et qñ ꝑsona ↄ quā inducunt est male fame: extra de simo. per tuas. Hec Ric. 4. dis. 25. q. 6. ar. i. c.

Sed quis pōt clericū infamatū restituere fame: vt ordines possit recipere? Rñdeo. Papa. Et hoc habet. 2. q. 3. eutheniū. §. hinc colligitur. Pōt etiā papa vt volūt aliqui et ꝓbabiliter abolere laicoꝝ infamiā: etiā per ciuilez iudicez irrogatam. Pōt etiā princeps a laico predictam infamiam tollere ꝑ restitutionez in integrum. Et hoc habet eadem. q. si quem penituerit. §. notandum circa fi. Et ibidē ēt habet forma restituendi. Illud aūt qđ dicit ī . d. §. hinc abolere infamiam nō possumus: intelligi debet sm glo. nō possumus. s. ꝑ pniam. possumus tm̄ ꝑ restitutionē in integrum. Hec Ric. vbi supra. c. i. ad oppoᵐ. Utrū infames infamia iuris canonici nō aūt ciuilis sint repellendi etiā post pactā penitentiā ab ordinū receptione? Rñdeo. Tales aut ↄtraxerūt infamiam talem ipso iure: aut est eis irrogata ꝑ sñiam diffinitiuam a iudice. Si 2ᵒ mō: non credo qꝫ ꝑ pniam aboleatur infamia. ita qꝫ ordinari possint de iure: sed ↄ eam ab illo q̄ pōt hoc per restitutionē in integrum aboleri. Si primo modo: aut incurrerunt eā ꝑ aliquod illoꝝ peccatorum mortalium que nō inducūt depositionē: aut ꝑ aliquod illorū q̄ inducūt. Si primo modo: sic sm aliquos non sunt repellendi ab ordinum receptione: nec etiā ab accusatione et testificatione in causa siue ciuili siue criminali: quia quasi noui homines sūt effecti. Secundum aliquos vero sunt repellendi ab ordinibus: et ab accusando et testificando in criminali: licet non in ciuili: nec ēt in criminali cum iam agitur ciuiliter. Et de talibus criminibus dicunt quidam debere intelligi: qđ dicitur extra de testi. testimoniū. vbi dicitur: qꝫ si quis sit emendatus de crimine: admitti potest ad accusandum et testificādum in causa criminali et ciuili. Qđ declarāt per hoc qꝫ postqꝫ dixit si sit emendatus de crimine statim subdit: et eum non comitetur infamia. Et isti dicūt infamiam: que totaliter per pniam aboletur esse illam que tantum ꝑ crimen occultum cōtrahit: de qua nulli est infamia facti: nec potest ꝓbari. Sed hoc non videtur alijs: qr ab illis peccatis de quibus illō . c. testimoniū. loquitur plurium excipit: qđ depositionem inducit. Et preterea doc. iuris dicunt: qꝫ pnia per quam abolet infamia quā iura dicunt per penitentiam aboleri: per presbyterum est probanda. Penitentia aūt que est tantum de crimine occulto non eget probatione. Unde illud si eum non comitetur infamia dicunt intelligi de infamia ciuili: vł de infamia facti. Si aūt incurrerunt ꝑ aliqđ crimen: quod depositionem inducat: lꝫ eorū infamia per penitentiā remoueatur quo ad accusationem et testificationem in causa ciuili et criminali cum agitur ciuiliter: non tamē cum agitur criminaliter: vt in. c. testimoniū quare nec quo ad ordinum receptionem: qr ordināndi debent esse sine omni nota infamie. Sed contra hoc videtur esse quod. 6. q. i. oēs vero. dicitur in glo. qꝫ omnes infamie canonice per penitentiam abolentur. Sed illud loquitur de infamia canonica ex peccato mortali: de quo non est quis per sñiam ↄdēnatus nec inducit depositionē: vel si inducit tamen est occulta: ita qꝫ probari non pōt: arg. extra de temp. ordi. c. vlt. Hec Rich. 4. di. 25. q. 6. ar. 2. c. et c. iᵐ. Utrum infames infamia facti sint ab ordinibus repellendi? Rñdeo. Infames infamia facti sunt: quorum apud multos bonos et graues super aliquo crimine vel pluribus opi. est grauata. Infamiā enim faciunt dicta paucorū: nec multarum leuium personarum: dū tamen apud bonos et graues nō sit opi. lesa. Dicendū ergo qꝫ infamibꝰ infamia facti actꝰ legitimi ñ sūt ipo iure interdicti: vt patet ex̄ de pur. ca. si quis presbyter. Non. n. est tā grauis infamia facti sicut iuris qr ēt qñqꝫ infamant aliq̄ sine culpa sua infamia facti. Quia tamen infamia hec ↄtra infamatū facit presumptionē aliquā: iō eis actꝰ legitimi sūt interdicēdi: donec aboleuerint infamiā suā ꝑ purgationem canonicā: ex̄ de pur. ca. ex tuaꝝ. Uñ pꝰ talē purgationē ñ sūt repellēdi: lꝫ eoꝝ fama sepe in opi. hominū remanet lesa. Hec Ric. vbi supra. ar. 3. c.

De ecclesijs edificādis et vniendis. ti. 28ᵒ.

Consequēter di-

cendum est de ecclesijs in quibus habent or/dinati ministrare. Et p̄ de eccl'iaꝝ fūdatiōe edificatione: dotatione: reparatione: ⁊ vni/one. 2° de ecclesiarū: altariū: cimiterioꝝ: et alioꝝ hi᷒ ꝯsecratione. ⁊ de reliquijs ⁊ scōꝝ veneratione. In ecclesijs.n. ꝯsecratis ⁊ alta/rib᷒ precipue solent sanctoꝝ reliquie poni: ⁊ eis veneratio exhiberi. 3° de ecclesiaꝝ emuni/tate. 4° de sepulturis q̄ apud ecclesias fiunt ab ordinatis. 5° de eccl'iaꝝ pochijs ⁊ paro/chianis. Circa primū sunt plura querēda ⁊ notanda. p̄ cui᷒ aucte ecclesia fit de nouo edificāda l'ꝯstruēda: R᷒°. In ꝯstruēda eccl'ia l' oratorio: vl' quacunqȝ domo religiosa: aucto ritas epi debet interuenire: qui primariū la/pidem debet ponere: de ꝯse. di.i. nemo. Dicit etiā lex ꝙ ep̄us debet in primo oronē facere: ⁊ signū crucis adorande ⁊ honorande ponē in auc°. de monachis. §. illud igit. ante alia. coll'.i. Et licet sit honestū ꝙ ep̄us hoc in per sona ꝑpria faciat: nō tamen est necessariū: q̄a de licentia epi pn̄t fieri p aliū presbyteꝝ. Sic intelligitur fm Hug. ⁊ Io. ad hec. 25. q. 2. c. i. ⁊ c. priuilegia. Cathedralis vero eccl'ia sine licentia pape nō pōt erigi: ex̄ ne sede va. c.i. Et sic fm Hosti. intelligi possunt: nec corri/guit de ꝯse. di.i.c.i. ⁊. 2. ⁊ se. xt. c. tm̄ loquat̄ de cathedrali: que non debet in villis: sed i ci/uitatibus notabilibus ꝯstrui: ex̄ de priuile. c. i. Ad hoc nota: ꝙ fm glo. di. 68. q̄uis. licet presbyteris instituere altaria an̄ ꝯsecrationē ecclesie: sed i eccl'ia ꝯsecrata non licet nisi de ꝯsensu epi: ar. ex̄. e. c. 2. ⁊ de conse. di.i. nullus presbr̄. Et eadē rōne altaria nō debēt destrui sine ꝯsensu epi: ar. de ꝯsecra. di.i. ecclesie pla/cuit. Quid si ecclesia in alieno solo sit con structa ⁊ cōsecrata: Rn̄deo. Si dn̄s soli erat laicus: ⁊ hoc sciuit ⁊ nō contradixit: sibi im/putabit: vt patet dis. 54. si seruus scienter. Si aūt ignorauit vel ꝯtradixit: ꝯstructor ecclesie dn̄m fundi᷒ cōseruare tenet̄ indemnē: vl' ep̄s in subsidiū si in culpa fuit: puta q2 hoc sciuit: ⁊ ecclesie nō ꝓuidit: ar. ex̄ de preben. cum fm apl'm. Si aūt erat solū alterius ecclesie debet quo ad iuspatronat᷒ ei subeē. 12. q. 2. aplicos ⁊. 17. q. 4. questi. Hec Hosti. Utrū hospitale possit erigi sine aucte epi: Rn̄deo ꝙ nō. Qd intelligo quo ad hoc vt ecclesiastica gaudeat libertate: ⁊ sit ecclesiastici iuris. Quilibet tn̄ pōt facere domū ad recipiendū pauperes etiā vsqȝ ad tēpus: ⁊ talis loc᷒ pōt emi ⁊ vendi: nec gaudebit eccl'iastica libertate: lȝ large intelli/gat̄ religiosus. Sic itelligi pōt illud insti. de reꝝ diuisione. § religiosum fm Hosti. Sci endū āt ꝙ nec ēt primariū lapidē debet ep̄us

ponere: nisi dote prius constituta ⁊ assignata a fundatore: de ꝯse. di.i. nemo. Et si hoc fuit omissum restauretur tempore ꝯsecrationis: de ꝯse. di.i. sicut nō alij. Sȝ q̄d si sit h̄ omissū vtroqȝ tēpore: R̄n°. Ber. dicit: ꝙ ep̄us tenet̄ tunc eā dotare: sicut etiā tenet̄ clerico: quem ordinat sine titulo ꝓuidere: ex̄ de preben. ep̄s dūmodo possit hoc sine lesione sue eccl'ie face re. Alias nō: nisi ꝓpriū haberet: q2 delictū ꝑso ne in ecclesie damnū redūdare nō debet. Sȝ Goff. Io. ⁊ Host. dicūt: ꝙ fundatores tenent̄ .16. q. 7. pie mentis᷒. Qd si non sint soluendo dicūt actionē esse dandā in ep̄m. ff. de eo per quē factū erit. l. fi. Qd cōcedit Hosti. si ep̄us ꝓpriū habuerit. Uel forte fm Hosti. dabit cē tesimā vl' q̄nquagesimam: si cōmode fieri pōt ex̄ de don̄. aplice. Sed quāta dȝ esse dos: R᷒° Si sit monasteriū debet cē tanta fm Host. ꝙ presbri: subdiaconi: diaconi: cantores: ⁊ lecto res possint esse in eo: in auc°. vt determinatus sit numer᷒ cleri. §.i. Si aūt sit alia ecclesia: dȝ esse tanta ꝙ sufficiat ad luminaria: ⁊ ad vitā ministroꝝ: vt dicitur in. d. c. nemo. pie ment̄. ad min᷒ duoꝝ: vt ex̄ de fi. presbro. ꝓposuit. vel triū: vt patet de ꝯse. di. 51. quocūqȝ. ⁊ ad hospi talitatē. ⁊ ad rn̄dendū ep̄o in ep̄alibus: vt pȝ ex̄ de sup. negli. sicut. ⁊ de p̄ben. de monachis Debet āt ep̄s numeꝝ clericorū ⁊ mensuram alioꝝ determinare in auc°. vt nullus fabricȝ eā domū. §.i. coll'. 5. Et si ad hoc dos nō suffi/ciat iuxta arbitriū epi det̄ ad cōpositionē alia rum ecclesiaꝝ: vt ibidē patet. Qd aūt dictū ē de q̄titate dotis dicit Hosti. sup. c. cū sint. ꝙ q̄titas illa hodie fundatori nimis esset diffi/cilis. Dicēdū ergo ꝙ cōit̄ sufficit vn᷒ māsus ar. ex̄ de cē. c.i. Nec talis tenet̄ hospitalitatē seruare: nec ep̄alia iura soluere: nisi forte ali quid cathedratici noīe: q2 nō pōt. Unde nec talis ecclesia ep̄m ꝓcurabit. 4. q. 3. cauendus quousqȝ ad fortunā ꝑueniat pinguiorē: arg. ex̄ de ꝯsue. cum dilectus. Quid si q̄s eccle/siam edificare ceperit: ⁊ non consūmauerit: Respondeo. Si sit oratorium tenetur perfi/cere vsqȝ ad. 5. annos. Si vero sit dochium vl' xenodochium vsqȝ ad annū: vt patet i auc°. de eccle. titulis. §. si quis edificationē᷒. Hec Goffre. Ubi sunt noue ecclesie construen de: Respondeo. In locis congruis de quib᷒ videtur episcopo: ar. de conse. di.i. ecclesias. Sic autem construende sunt noue ecclesie: vt per eas veteribus preiudicium non fiat: vt patet. 16. q.i. c. ecclesia. ⁊ c. quicunqȝ. Plures autem ecclesie baptismales in vna termina/tione non fiant: vt dicitur. 16. q.i. plures: Pos set tamen ep̄us ex causa de vna terminatiōe

facere duas: et duas vnire in vnā: vt p3 ex̄ de excel. prela. ficut vnire. Nō tamē passim hoc licet et fine causa. Et sic intelligit illud. ex̄ de re. ec. nō alie. c. i. Hec Gof. Pluribus aūt de causis possent ecclesie de nouo construi: etiā in preiudicium antiquarū. p̄pter qualitatē tēporis. 7. q. i. tēporis. 2° ꝓpter incrementum plebis. 16. q. i. precipimus. 3° rōe mutatōis: vt si homines se mutēt ad aliquē locū de nouo fundandum: dum tamen sint ibi decem hōies habitantes. Vel si reedificent castrum. 10. q. 3. vnio. et dis. 70. sanctorū. In quo casu ei potest vniri alia ecclesia propter pauptatē: vt dicitur in. c. vnio. Hoc tamen non pōt epus facere sine capitulo. extra de excel. prela. sic vnire. 4° ꝓpter distantiā vel difficultatē itineris ad ecclesiam. Tunc pōt episcopus puidere de capella construenda: assignatis etiā sibi certis oblationibus vel minimis decimis ad antiquā ecclesiam pertinentibus. ex̄ de eccle. edi. ad audientiam. Et hoc intellige quando nō inde leditur nimis enormiter antiqua eccl'ia quia tñ remanet sibi q; seruientes ei bñ pñt sustentari. Vel hi qui presbyterū petunt prouideant ipsi: vt dicitur ibidem. Vel si ecclesia iam constructa fuerat: vel nimis egeat parochianis episcopus puidere debet. de con. di. i. c. i. 5° ratione auctoritatis papalis. ex̄. e. ad audientiam. Alias est regulare q; vna ecclesia non debet construi in preiudicium alterius. 16. q. i. ecclesie quecūq;. Et si fiat debet destrui maxime si precesserit operis noui nunciatio rite facta. ex̄ de no. ope. nun. c. i. et. 2. 6° ratione sepulture episcopalis. Licet enim episcopo sine preiudicio alterius ecclesie pro sua sepultura ecclesiam construere. ex̄ de dona. apostolice. 7° ratione deuotionis. Hac de causa potest quilibet priuatus masculus vel femina sibi construere oratorium in ꝓpria domo: et ibi orare. Missam aūt ibi nō licet celebrarē nisi de cōsēsu episcopi. Et qui aliter celebrat ibi d3 deponi: Et nō d3 ibi celebrare in festis p̄cipuis: nisi de licentia epi. Et clericus q̄ aliē celebrat in illis festis d3 cōione priuari. de cōse. di. i. c. vnicuiq;. et. c. clericos. et. c. si quis. Vl' etiam nec oratorium licet habere in forma ecclesie sine licentia episcopi. de con. di. i. nemo.

Quis debet repare ecclesiam? Rñdeo. Si portio deputata fabrice sufficiat ad repatōe3 ecclesie: is qui percipit eam tenetur reparare vt patet. 10. q. i. decreuim⁹. et. 10. q. 3. vnio. et ex̄. e. de his. Nec obstat prescripta consuetudo. quia irrationabilis est. ex̄ de cōsue. c. fi. Nec enim currit prescriptio contra salutem anime. extra de prescrip. vigilanti. et. c. fi. Ex quo tamen ecclesia reparata erit ad eū redibit p̄dicta portio: qui eā pcipere cōsueuit. Sic intellige fm Hosti. illud. 12. q. 2. ab illo. c. de rebus vsq; ad illud. c. statuim⁹. Si vero nō sufficiat: tūc rector et qui beneficium habuit in ea conferrent et repabūt eā: vt p3 ex̄. e. c. i. et. c. de his. Et si fuerint plures bñficiati debet q̄libet p rata sui beneficij. fm illud. Cōmoda quiescētis iūgas on⁹ emolumētis. ex̄. e. de his q̄ fi. a ma. p ca. c. vl. In q̄busdā aūt regionib⁹: vt dicit Hosti. laici repant ecclesias ꝓprijs expēsis ff. de legi. et lōga cōsuetudine. l. de quibus. cu3 ibi pcipiāt et audiāt diuina. Et maxime h̄ obseruandū erit: vbi male dāt decimas. 16. q. 7. quicunq;. Et ar. q; debent cogi seruare cōsuetudinē talem. ex̄ de simo. ad apostolicā. Si vero sint alique ecclesie supflue vel destructe p uideat episcopus quō possint consistere. d̄ cō. di. i. c. 2. s. vt reparentur mō predicto. Vel vt d̄struant̄. de con. di. i. ecclesie vel altaria. Vel si per se consistere nō possint alijs ecclesijs vniantur: vt dicit̄ in. c. vnio. in fi. Et ꝓpter hoc intelligit Gof. illud dis. 70. sanctoꝝ. in fi. Vel aliud ibidē fiat. Videtur etiā q; posset eas eps sibi retinere. ex̄ de decimis. quonia3. Ad h̄ nota: q; aliud est reficere q̄3 facere. Reficere enim est ad pristinam formam reducere. ff. de itinere ac. pri. l. 3. §. reficere. Nouū autem op⁹ fit cum facies rei mutatur. Unde si vsq; ad fundamentum domum vel ecclesiam diruas etiam ea mente vt ex eisdem cementis et lapidibus eas reedifices: non est domus eadem vel ecclesia. Secus est si reficias naue3 ex eisdem tabulis. quia eadem nauis incipit esse: vt. ff. de ver. obliga. l. inter stipulantem. §. sacramenta. et. §. na3 et de his rebus. Unde si tota ecclesia diruatur vsq; ad fundamentu3: auctoritas episcopi est necessaria in reedificando. 16. q. vlti. si quis vult. Secus est si non est tota diruta: vt patet extra de iudeis. consuluit. et. c. iudei. Quib⁹ de causis vniri possūt ecclesie? Rñdeo. 4. s. propter temporis qualitatem: vel turbationem: vt patet. 16. q. i. et temporis qualitas. 2° propter duarum ecclesiaꝝ vicinitatem: vt dicitur ibidem. 3° propter ecclesie paupertatem. 10. q. 3. vnio. circa fi. 4° ꝓpter religionis deformitatem. fm Hosti. ar. extra de sta. mo. in singulis. rñso p̄. Hanc cā3 nō notauerūt doc. sed loco huius dixerunt q; 4ª causa erat desolatio siue destitutio clericorum siue monachoꝝ. ex̄. e. q2 monasterium S3 f3 Ho. ibi ē poti⁹ tpis q̄litas: vl' pauptas vt lra dicit. Qualiter vna ecclesia vl' vnū monasterium vnit̄ alteri? Rñdeo. Uno modo ita vt vna alteri s̄bijciat̄. Et tūc subiecta

viuet fз glo. secundū obseruātias ei⁹.cui sub ijcitur. Et priuilegijs eius vtetur: vt pз ex͞ ꝺ statu regu. recolentes. ad fi. Ideo necessarius est cōsensus epi: ar. ꝺe excess. prela. sicut vnire. Et sic vna ecclesia ꝺз ꝺepēdere ab altera. ex͞ ꝺ eta. cā te. 2° ita vt neutra alteri subijciat: ſ ambe sic cōuenient vt canonici vel monachi vnius: sint canonici vel monachi alterius: et oia sint cōia. Et tūc erūt q̄si vna ecclia: ⁊ q̄si vnū collegiū: ⁊ viuēt fз meliores obseruātias ⁊ ꝯsuetudines: q̄ hacten⁹ in vtraqз viguerūt: ⁊ rn̄debūt vni epo vl' diuersis episcopis vt p⁹ Vn̄ illi q̄ viuēt in illo loco rn̄debūt epo illius loci: in his in q̄b⁹ ꝺebebūt. Et illi q̄ in isto: similiter epo sui loci si epos diuersos habebāt: vt vnio nō obsit epis. ex͞. e. c. q2 monasteriū. 3° pn̄t vniri in h tn̄ vt habeant vnū p̄latū: puta si sūt ambe ep̄ales: pn̄t vniri in h vt vnū habeant epз: vtraqз tn̄ remaneat ep̄alis ⁊ sūt duo ep̄atus: vt pз. 16. q. i. tp̄is qualitas. Et si ecclesie suberāt diuersis archiep̄is: ep̄us eaꝝ rōne vni⁹ suberit vni archiepo: ⁊ rōe alteri⁹ alteri. ex͞ ꝺe reli. ꝺo. quia monasteriū. ex͞ ne sede. nouit in glo. 2. in fine.

De consecratione ecclesie ⁊ altarium ⁊ cimiterij. ti. 29.

Postea cōsiderādū est ꝺe cōsecratōne. ⁊ p̄mo ꝺ ipa ꝯsecratōe eccl'ie ⁊ altaris. 2° ꝺe reconsecratione. 3° ꝺe recōciliatione. 4° ꝺe vestibus ⁊ vasis ecclesie. 5° ꝺe reliquijs ⁊ canonizatione sanctorum. Circa primū querūtur plura. p̄ ad q̄d res inanimate vt ecclesia altare ⁊ hi⁹ alia consecrant̄. R°. Vt per hoc specialiter diuine cultui ꝺeputent̄: ⁊ ad eas ⁊ ad sacramēta que in eis celebrant̄ maior ꝺeuotio recipiat̄: ⁊ in maiori reuerētia habeant̄ Et etiā pie est credendū: qꝫ ex hoc ceteris paribus diuina virtus ibi assistat: ad gratiā libētius infundendā. Vn̄. 2. Math. 3. Vere ꝺei v tus quedam est in loco isto. Nam ipse qui habet in celis habitationem: visitator ⁊ adiutor est loci illius. Et inde est: qꝫ ante consecrationem emundant̄ ⁊ exorcizantur vt inde virt⁹ inimici pellat̄. Et similiter ecclesie que sāguinis effusione: aut cuiusqз semine fuerint pollute reconciliant̄. q2 per peccatum ibi cōmissum apparet ibi aliqua opatio inimici. ꝺe cō. di. i. ecclesias. Vn̄ quidā dicūt: qꝫ per ingressū ecclesie consecrate homo cōsequit̄ veniā peccatorum venialiuз. sicut per aspersionē aque benedicte: inducētes illud q̄ꝺ dicit ps. Bene dixi ꝺo. ter. tu. remi. iniq. ple. t. Hec Tho. 3. q. 8z. ar. 3. c. 3m. Vtꝝ oporteat ꝺomū in q̄ celebrat̄ missa esse cōsecratā: similit̄ ⁊ altare: Rn̄deo ut. s. li. 4. ti. 14. Et vtꝝ cōsecratio eoruз sit solēniter recolēda. ibidē. A q̄ habent altaria cōsecrari: R° ab epis. ꝺe con. di. i. nemo. ⁊ 12. q. 2. bone. Et licet olim cōsecratio fieri nō posset sine mādato pape. ꝺe con. di. i. ꝺe locoꝝ cū. 4. c. se. hodie tn̄ pōt vt pз p alia capitula ibidē sequētia. ⁊ ex͞. e. c. 2. ⁊. 3. Recōciliatio habз fieri etiā p epm diocesis: vl' etiā p aliū epm cui h cōmittat: nō distincto an ipe aquā benedicat: ⁊ alius recōciliet ecclesiā. Nec pōt alij cōsecratio: nec etiā recōciliatio ꝺelegari: nisi is cui ꝺelegat̄: eps esset. ex͞. e. aqua. q2 eps ea que sunt ordinis siue dignitatis minori se ꝺelegare nō potest. Qn̄ cōsecratio fieri ꝺebet: R° qꝫ potest fieri in diebus tā solēnibus q̄з priuatis. ex͞. e. c. 2. Quō vero fieri ꝺebet cōsecratio ecclesie vel altaris habet̄ in ordinarijs episcopoꝝ: ⁊ legendis sanctoꝝ. Sine missa tn̄ fieri n̄ ꝺebet. ꝺe conse. di. i. c. 2. ⁊. c. ꝺe fabrica. Et fm Ray. ⁊ Ber. missa est ꝺe substātia cōsecrationis. fm vo Hug. nō est ꝺe substātia. Vn̄ fm eū si presbyter missam cantet: ⁊ eps cōsecret nihilominus ecclesia erit consecrata: licet sit aliud in ordinibus. di. 23. quorundā. Nō ꝺebet etiā episcopus aliquā ecclesiā cōsecrare: īmo nec primariū lapidē ponere: nisi prius ei ꝺos sufficiens assignetur a fundatore: vt ꝺcm̄ ē in ti. precedenti. Notandum aūt: qꝫ ecclesia consecrari non ꝺebet in qua aliquis paganus est sepultus ante eius eiectionem. ꝺe cō. di. i. ecclesiam. Et idem intelligo ꝺe heretico ⁊ excōicato: si tamē ossa infideliū discerni possunt ab ossib⁹ fidelium. Alias neutri sūt eijciendi: quia melius est ea cum ossibus fideliuз relinqui: q̄з ipsa cum ossibus fidelium exhūari: vt probatur ex͞ ꝺe sta. mo. super quodam. ⁊ extra ꝺe sepul. sacris. Quibus enim ecclesia non communicat viuis: nec mortuis. 24. q. 2 c. i. licet hoc casualiter fallat ex͞ ꝺe sentē. ex cō. nobis. Item in ecclesia in qua aliquis excōicatus ē sepultus: non licet celebrare si discerni potest. ꝺe con. di. i. ecclesiaз. i. ⁊. 2. ī tex. ⁊ glo. et Ber. super. c. si ecclesia. Ossa vero sāctorum nemo transferre presumat sine auctoritate principis vel episcopi. ꝺe conse. di. i. corpus. ⁊ ex͞ ꝺe reliquijs. c. 2. Et idem videt̄ ꝺe ossibus fidelium fm Hosti. Et q̄ꝺ dictum est ꝺe ecclesia intellige etiam ꝺe cimiterio.

Quid fiet ꝺe corporibus mortuoruз: q̄ sūt a scismaticis sepulti. ⁊ ꝺe paramentis ⁊ altaribus in quibus celebrauerunt presbyteri ꝺegradati: Rn̄det Ray. qꝫ ꝑpter hoc nec hi⁹

sepulti debent exhumari: nec indumēta itez benedici: nec altaria consecrari. ex̄ de sacris ite. vel. nō. a nob. Quid si mulier pregnās sepulta sit in ecclesia vel cimiterio: Nunquid potest consecrari ea non eiecta? Rndeo. Jo. Hu. r Gof. dicunt ꝙ talis sine precisione pōt sepeliri. qꝛ periculū fetus imminere posset si scinderet. Nā r fetus ē ps viscez. de con. di. 4 quisquis. r. ff. de vē. inspi. l. i. §. i. r ideo pōt cuz matre sepeliri. Alij dicūt ꝙ mulier dꝫ scindi: r si ptus viuit baptizetur: si autem fit mortuꝰ ex̄ cimiteriū sepeliat. qꝛ cū nō sit baptizatus nō est ibi sepeliēdus: vt patet ex supradictis. Scdm vo Hosti. si constat ptū esse mortuuꝫ: mulier non scidet: sed cū ptu sepeliet. Et fm hoc vez dicūt primi. Et iura que vident ꝯria intelligi debent de pagano separato ab vtero matris xpiane: vel ibi sepultus fuit i vtero pagane. Si autē constet ꝙ partꝰ viuit: vel dubiū sit: tūc vez dicūt scdi. Et hoc apte habet. ff. de mor. infe. negare. Sed qd si qs me ꝺ hoc cō sulat? Rꝰ fm Hosti. Querat: est mortuus ptus? Si dicat nō causa pietatis. Rꝰ. Sine me tu irregularitatis pone cito baculuꝫ in ore femie: r chirurgicū pitū ꝯsule. ex̄ ꝺ hōi. tua nos Si dicat: mortuus est: r de hoc sit certus. dicā Si hoc est certū: sepeliri nō phibeo: sed nec p̄cipio: r tu etiā caue tibi: qꝛ si viuit tanꝗ hōici da puniri deberes: si eā sepelieris: vt etiā dicit lex predicta. Ad hec nota ꝙ pro consecratione ecclesie nihil peti potest sine simonia: nisi procuratio: ex̄ de simo. cum romana. Hec autez procuratio debet esse moderata fm facultatez ecclesie: immo si ecclesia epm pcurare non posset sumptibus suis debet eam consecrare. io. q. 3. cauendū. r. i. q. 5. placuit Ecclesia vero que sub pacto fuerit cōsecrata: dici debet potius execrata ꝗ consecrata. i. q. 4. ecclesia. Licet enim talis ecclesia sit vere cōsecrata: dicit tamen execrata in odium consecrantis: vt dicit Jo. i. q. i. non nocet. Et hoc intelligitur fm eundem: si pactum precedat cōsecratione. quia tunc incurrit simoniā. Post consecrationē tamen pacisci potest de reddditibus annuis: de obligationibus ecclesie sibi dandis. qꝛ etiā sine pacto tenet ecclesia aliqd dare epo in signū subiectionis. i8. q. vlti. eleutherius. Nota etiā: ꝙ si quis p questu ecclesiā edificat: vt medietatez oblationū recipiat: talis ecclesia consecrari non debet. de con. di. i. si quis. Notandum autem: ꝙ non sunt cōsecranda altaria nisi lapidea. de con. di. i. altaria. Dicitur tamen ꝙ altare lateranense est ligneum fm Hu. Sec nec per somnia atqꝫ inanes reuelationes: nec sine reliquijs sunt altaria erigenda. de con. di. i. placuit vt altaria r. c. non oportet clericos. Qđ intelligitur de altaribus fixis in ecclesijs: vt bene innuūt dicta. c. Secus est de tabula. de conse. di. i. concedimus. Dicunt aliqui tamen sufficere corpus xpi loco reliquiarum. Possunt autē plura altaria simul ab eodem consecrari in vna ecclesia. ex̄. e. cum sis.

Equit videre de 2ᵒ. s. de recōsecratōe Circa qđ sciendū: ꝙ consecratio nō est iteranda si sit facta in debita forma. de conse. di. i. ecclesijs. Ratio huiꝰ duplex est. prima est quia consecratio semel acta habet totum suum effectum: qui est dedicatio ad dei cultum. 2ᵃ est: quia significat coniunctionē xpi ad ecclesiam per vnionem indissolubilem diuine nature r humane. Fallit tñ in quibusdā casibus. Debet enim ecclesia recōsecrari fm Ber. primo si dubitetur an sit cōsecrata. qꝛ de hoc non apparet aliqua scriptura in instrumento dotationis vel in libro ecclesie: vel in columna: vel i tabula marmorea nec etiam apparet vnus testis de visu vel auditu. de con. di. i. ecclesie solennitates. Et ꝙ quelibet dictarum probationum sufficiat: pꝫ in. c. solēnitates. 24. q. 2. sane profertur: vt in sacris dycticis. i. columnis ecclesie. r. 22. q 5. hoc videtur. Et intellige tales semiplenas probationes sufficere: vt de hoc non esset cōtentio per quā vel tolleret probatio: vel appareret ꝙ tali probationi fides adhiberi non possit. s. quando alteri preiudicium fieret. 2ᵒ si tota ecclesia sit destructa: vel dirupta simul: vel maior pars eius. de con. di. i. ecclesijs. Si enim tectū corruat: r parietes illese permaneant: r etiam modicum de parietibus sit destructum: non debet propter hoc reconsecrari. ex̄. e. ligneis. Si etiam ecclesia sit tota destructa: tamen successiue parietes sint repati non debet reconsecrari: sed reconciliari. Et ratio est fm Ber. quia consecratū trahit ad se non consecratum. Sed Hosti. extra. e. c. i. credit hoc esse verum tantū in his que ad inuicem commiscentur: vt in liquoribus. Vñ alia est ratio fm eum in sum. sua. s. ꝙ eadem ecclesia intelligitur esse: ar. ff. de le. i. quod in rerum natura. ideo sufficit reconciliatio aq̄ exorcizate: cum missa. de conse. di. i. de fabrica. Dicit tamen Hosti. ex̄ de con. ꝓposuisti. ꝙ in hoc casu de recōsecratione nō est ius expressum. tutius tñ est r deuotius ꝙ fiat. 3ᵒ si sit consecrata ab heretico. de conse. dis. i. ecclesias. r ꝓ duobus. c. sequentibus. Et hoc est verum si non sit consecrata in forma ecclesie Secus est si sit forma seruata fm Jo. Sed

sine dubio in nullo hoꝝ casuum consecratio iteratur. Utrum altare possit reconsecrari? Rndeo q sic in quibusdã casib⁹. Prim⁹ est si mẽsa vel tabula altaris.i.ps superior altaris fuerit mota.i.mutata ſm locũ.ſm Ho sti.ex̄.e.c.i. Et h intelligit ꝺ tabula affixa ſm Rod. Tabula.n.cõsecrata que nõ ẽ affixa:de loco ad locũ trãsfert nec tñ cõserat:dũ tñ lapis superior nõ sepetur ab eo cui cõpaginat. Uñ si mẽsa moueat cũ coherẽtib⁹ sibi: nõ oꝫ ꝓpter h altare cõsecrari: vt patet ĩ altari portatili. de con.di.i. cõcedim⁹. 2⁹ est si aliqs de lapidib⁹ mẽsam tangentib⁹ fuerit mot⁹.ſm Ber.ex̄.e.c.i. Qꝺ intelligit Rod. de lapidib⁹ pncipalib⁹.vt si sup quatuor colũnas fundata sit mẽsa altaris:ꝛ vna eaꝝ fuerit mota:mẽsa nihilomin⁹ remanẽte immota. Sec⁹ est ꝺ lapidib⁹ pietis:vel de ipso piete:cui lateralit cõpaginatũ est altare in quibusdam ecclesijs quia ꝓpter motionẽ illius pietis:vel lapiduꝫ eius:non reconsecrabit altare si maneat immotum: 3⁹ est si mensa fuerit enormiter fracta.ex̄.e.q in dubijs.i vltra medietatem ſm Jo. Unde necesse est ſm Hosti.q appareat ꝺ formitas.ꝛ putat q sit ad arbitrium episcopi redigẽda. Uel etiã ſm Rod.si in cornibus fuerit fracta:cum soleat ibi fieri precipue cõsecratio altaris. 4⁹ est si lapis ille qui cõtinet sigillum siue reliquias:qui etiam dicitur sigillum altaris.quia cũ eo reliquie sigillant:moueat vel frangatur: vel enormiter diminuat. Unde si in altari viatico lapis continens sigillum reliquiaꝝ moueat:altare reconsecrabitur.ſm Inno. ꝛ Hostien.ex̄.e.c.i. Si vero altare viaticum extrahatur:cum consecratõ non adhereat ligno sed lapidi:non credit Innoc].illud esse reconsecrandum. Nõ etiaꝫ hic ſm Inno.q in altari est quoddam foramen vbi reliquie ponuntur:ꝛ illud quãdoqꝫ fit in pte superiori:qñqꝫ in latere altaris. Si fiat p mõ claudit qñqꝫ pũo lapide:qñqꝫ tabula magna altaris. Si 2⁰⁰ claudit tñ lapide puo. Uñ siue ille pu⁹ lapis:siue tabula magna moueat recõsecrari debet altare. Nõ etiaꝫ q si reliquie sublate sint: ꝛ sint sublate cum mense motione:debet consecrari altar Si autem sine eius motione non debet. de cõse.di.i de fabrica.in tex.ꝛ glo. 5⁹ est quando tantũ additur altari q amittit formaꝫ quaꝫ habebat.q forma rei est esse rei.ſm Ric.ar. ii.q.2.§.hoc ius. Probabilius tamẽ videt ſꝫ Ber.ex̄.e.q in dubijs.ꝛ ſm Rod. q ꝓpter h non debeat cõsecrari.q sacrum trahit ad se non sacrum. 6⁹ est quando dubitatur vtrũ sit consecratum.de con.di.i.ecclesia. Nota q etiam ecclesia potest consecrari ꝛ reconsecrari sine altari:ꝛ econuerso quia alia est cõsecratio ecclesie:alia altaris.ex̄. e.c.i.ꝛ.c.qꝺ ĩ dubijs. Unde si ecclesia destruatur ꝛ non altare:ecclesia reconsecrabitur ꝛ non altare. Secus tamen videtur de reconciliatione ſm Hosti.

Equitur videre de 3⁰.s. de recõciliatione. Circa qꝺ sciẽdũ:q ecclesia ẽ recõciliãda in sex casib⁹. p ꝓpter exustionẽ.s.qñ pietes sũt interius ꝛ exterius decrustati.q consecratio ecclesie maxime constat in vnctione exteriori. Si tamen maior pars eius sit cõbusta:siue p ignẽ consũpta :non est reconcilianda:sed reconsecranda. 2⁰ ꝓpter seminis humani effusionẽ:qñ.s. effusio ẽ notoria magna ꝛ fornicatoria. Ideo dixi notoria.q si sit occulta ñ oꝫ recõciliari ſm Rod. ꝛ Jo.an.li.6.si ecclesiam.q ecclesia non iudicat de occultis.di.32.erubescant.sed tñ tunc quãdo est manifesta :vel de ea fama publica. Alias oporteret epos continue discurrere: Hosti.vero ĩ sum.dicit:q etiã si sit occulta.tutius est eã reconciliari:vt.s.ille qui fecit cõfũdatur:ꝛ alij hoc videntes terreant:ꝛ ecclesia in maiori deuotione habeatur. Hoc tamen ita caute fiat :vt ille nullatenus prodatur. Idem tamen dicit super.c.ecclesia. q si sit occulta:satis videtur q non indigeat reconciliatione. Dicit etiã in sum.q si presbyter sciat p cõfessionẽ ecclesiam esse occulte pollutam: tutius est vt hoc epõ reuelet in genere dicens Talis ecclesia eget reconciliari. Potest tamẽ ibi celebrare:ar.ex̄ de sen.ex.cum non ab homine. Ideo etiam dixi magna.q ꝓpter modicam humectationem non est reconcilianda. Ideo autem addidi fornicaria:quia si vir fõrniando vel vxorem cognoscendo effundat semen:non est ꝓpter hoc recõcilianda .ſm Jo. vltra.ꝛ Hugo. de con.di.i.ecclesijs. Secũduꝫ tamen Hosti.in apparatu in vtroqꝫ casu debet consuli papa. Non fit tamẽ de consuetudine reconciliatio. Dicit autem in sum .q si vir cognoscat vxorem suam in ecclesia reconcilianda est per aquã cũ vino ꝛ cinere benedictaꝫ.ex̄.e.ꝓposuisti.ꝛ ꝺ con.dis.i. in ecclesijs. Et idem vult Rod.ꝛ etiam Jo.an.li.6.e.si ecclesiam.q multa licita:ex loco sũt illicita.2. q.7.accusatio. Et similiter est faciendum ꝓpter vicium sodomiticum ibi commissuꝫ ſm Rod. 3⁰ propter homicidium .Et idem intellige ꝓpter sanguinis hũani effusionẽ:ita tñ q sit magna. Effusio.n.copiã notat. Sec⁹ est si sit modica vel leuis:vt si qs cõtẽdit cũ aliq̃ in ecclesia:ꝛ facto in eo ĩpetu offẽdet in nare

eius:vel cum vngue excoriet eũ aliquãtulum et inde exeat aliqũtulũ sanguis. Oportet etiã fm Rod. q illa effusio fit ex cõtentiõe siue ex iniuria facta. Vñ si qs lapide vel ligno caden te de ecclesia in ea occisus fuerit:vel se occide rit:non est ecclesia reconcilianda:vt videtur Hug.notare de cõse.di.i.ecclesijs. Et idẽ vlt Hosti.extra eodẽ si ecclesia. Oportet etiã q illa effusio sit execratiua ñ cõsecratiua. Vñ si martyr ibi occidat̃:nõ execratur sed cõsecra tur.di.3i.q̃uis.Jo.an.li.6.e.c.si ecclesiã.dicit cõtrarium.q2 licet ecclesia sanctificetur ex talis sã guinis effusione passiua:polluit̃ tamẽ ex effu sione actiua.fm illud.Actio displicuit passio grata fuit.Et preterea iura loquunt̃ indisti cte.Locus tamen sanguinis non lauabit̃:vt dicit. Quid si aliquis homo occidatur ĩ ec clesia sine sanguinis effusione:puta cũ terso rio ad collum:ꝶndeo.Ecclesia est recõciliã da ꝑpter criminis horrorẽ.fm Hug. de cõse. di.i.ecclesijs.et extra casus.ex̃.e.ꝑposuisti.vbi dicitur q propter homicidia et vulnera recõ ciliatur ecclesia.Nec distinguit an in eis fue rit sanguis effusus vel non. Quid si quis ĩ ecclesia letaliter vulneretur:et postea ĩ domo sua moriatur:ꝶndeo fm Hu. super.c. eccle sijs.Ibi dicitur mortuus vbi mortis causam accepit.contrarium intellige in contrario ca su.Vñ si quis extra ecclesia3 letaliter vulne retur:et fugiens ad ecclesiam ibi moriat̃ ho micidio violata non reputabitur. 4° si pa rietes sint successiue mutati:vel si ecclesia sit destructa tota successiue:vt dictũ est.s. Sec° est si simul.de con.di.i.si motum. 5° si aliq excõicati sint in illa sepulti.ex̃.e. consuluisti. Et idem est de alijs quibus est prohibita se pultura.Et idem intellige de cimiterio:vt di citur ibide3.Sed si sint sepulti in ecclesia:pa rietes sunt radendi.de con.di.i. ecclesia3. fm Hosti. 6° si ab episcopo publice excõicato sit consecrata. quia cum sit reconcilianda ꝑ pter tumulatõnem excõmunicati multo ma gis ꝑpter cõsecrationẽ excõicati. fm Hosti. ex̃.e.cõsuluisti. Sed quid fiet si ecclesia nõ consecrata:fuerit semine vel sanguinis effusi one polluta:ꝶndeo Lauari debet aqua ex orcizata:ne diuine laudis suspendantur orga na.ex̃.e.si ecclesia. Et hoc fm Rod. fieri põt per simplicẽ presbyterum:et sine speciali man dato episcopi.ar.eius quod dicitur ibidem.s. q protinus lauari debet:quod non fieret:si mãdatũ episcopi expectare oporteret. Hoc idem credit Ber.ibide3 scilicet q lauari pos sit per simplicem presbyterum.Alij tamẽ di cũt q auctoritas episcopi est necessaria quo ad reconciliationem postq̃ taliter ẽ polluta Hec Rod. Et dicit Hosti.extra.e.si ecclesia q ecclesia illa interi3 est interdicta.Sed In no.extra de exces.prela.tanta.dicit q nõ est ĩ terdicta:lic3 organa sint ibi suspensa.Nec ta men fit irregularis:qui celebrat in ea. Recõ ciliatio tamen ecclesie consecrate debet tm̃ fi eri per episcopũ.vt dictũ est supra. Et hoc fit per aquam cum vino et cinere benedictam.si cut fit in dedicationibus. extra.e.c.vlti. Et idem est de cimiterio.fm Ber.ex̃.e.consului sti. Nunquid est ecclesia reconcilianda ꝑ pter furtum commissum in ea:ꝶndeo q sic. Ita enim tenet consuetudo:que in talib° vi detur seruanda:ar.ex̃.de cele.mis.pernitios° cum suis concor. Et idem videtur pro quali bet violentia intra ecclesiam facta:ar.17.q.4 quisquis. Talia enim equiparantur fornica tioni:pro qua est ecclesia reconcilianda.7.q. 4.sicut.In h tamen casu cũ non sit hoc in iu re cautum expresse:sufficit q fiat per presby terum de mandato episcopi: licet in casibus cautis in iure non possit hoc fieri. Quid d cimiterijs effusione sãguinis vel seminis pol lutis:R° fm Hosti.in sũma.et Ber.ex̃.e.si ec clesia. Idem dicendum est quod de ecclesijs consimiliter pollutis:quia cimiteriũ cõsecra tum eodem priuilegio gaudet:quo et ecclesia cõsecrata.ex̃.e.consuluisti. Sciendũ autẽ q si contingat ecclesia3 pollui sanguinis aut se minis effusione:eius cimiterium si sit ei con tiguum censetur esse pollutum.vnde nisi pri° reconciliatum fuerit:non debet in eo aliquis sepeliri.Secus est si sit ab ea remotum:nõ ta men polluto cimiterio licet ecclesie contiguo debet ecclesia reputari polluta:ne minus di gnum magis aut accessorium principale ad se trahere videatur. Ite3 si duo cimiteria a se inuicem medio pariete seiungantur :violato altero eorum non propter hoc alterum repu tabitur violatum: licet de vno ad alterum ꝑ mediam partem eatur. li.6°. de consecra .si ecclesiam.

Equit̃ videre d 4°.s.de vestibus et va sis ecclesie.Circa quod nota q vesti menta ecclesie quibus domino mini stratur honesta debent esse et sacrata. Et iõ debent tractari tantum ab hominibus sacra tis:non a non sacratis.Idem dicendũ est de vasis sacris.Nec in alios vsus sunt accipien da vel redigenda:sed poti° si sint inutilia vel vetustate consumpta sunt cremãda:et cineres cõdi debẽt sub pauimẽto vel alio loco tuto et honesto:ne pedib° intrãtiũ cõculcent̃.Idẽ eti am dicendũ est de lignis cathedre.pall'altari

candelabris.velis.siue cortinis.z pelui.i q̃ la uant corpalia.de cõse.di.i.altaris.z sacta ve/ stiméta ex̃ d reli.do.ad h.z de rerũ pmu. mã cipiũ.Et ẽ rõ q2 deo dicata ad vsus phanos nõ debent reuerti.iz.q.z.nulli.z dis. 54.ex ã tiquis. Nõ sm Rod.q palla dicit q̃nq3 ve/ stis:qua opit altare:q̃nq3 dicit corporale:vbi corp9 dominicũ inuoluit.Velũ aũt z cortina nominari põt pãnus:qui pẽdit sup altare:vl qui ante altare extẽdit in quadragesima:vel ea que depẽdẽt ad pietes ecclesie. Nõ eti/ am q nõ oz vestes sacras qñ reficiunt de no/ uo cõsecrare:vt dicit ex̃ de cõse.eccle.vel alta ris.qd in dubijs.in glo.Et idẽ dicit Jo.Alb. vero dic:q q̃diu sacre vestis remanet forma: non est iterum consecranda:licet per plures partes vel pluries reficiatur. Secus est si for ma mutetur siue soluatur:ar.in reconsecrati one ecclesie. Monasteriũ q̃q3 vel ecclesia vel hospitale ex quo auctoritate epi est edificatũ nullo modo cõuerti debet in habitaculum se culare:vel i alios prophanos vsus. ex̃ de reli. do.ad hec.19.q 3.que semel.z.17.q.vlti. que/ sti.Et intellige si sit edificatũ auctoritate epi scopi.s.generali vel speciali.sm Rod.Quod dico propter monasteria: in quib9 eo ipso q sunt fundata de consensu epi:videt esse con/ cessum erigere capellas ad opus infirmoru3: vel ad processiones suas faciendas intra sua septa. Ligna tamẽ ecclesie destructe possunt poni in ecclesia:vel etiã in alio vsu fratrum ho nesto.s.capitulo dormitorio vel consimili. de conse.di.i.ligna.in tex.z glo. Oratoria quoq3 vasa corporalia palle altaris.z vestiméta cle ricorum munda seruari debent z nitida.ex̃ d custo.c.z.Que cum fuerint sordida diaconi cum ministris humilibus lauent ea: vt dicit de conse.di.i.nemo. Hoc tamen non seruat Custodiri quoq3 debet ecclesia nec debent in ea poni suppellectilia nisi in necessitate propẽ hostiles incursus:vel propter incendia repen tina:quibus cessantibus reduci debent in pri stina loca.ex̃.e.relinqui.

Equitur videre de 5°.s.de reliquijs z canonizatione sanctorum.Circa qd sciendum:q reliquie non sunt in re/ uerẽtia habende:nisi auctoritate pape sint ap probate:vt patet ex̃ de reliq.c.z. Que post/ q̃ fuerint approbate:non debent extra capsa3 ostendi:nec venales exponi: vt dicitur extra de reliqui.c.z. Cum enim sint sancte simoni am committeret qui eas venderet. i.q.i. qui studet.Ad canonizandum autem sanctos:z in sanctorum cathalogo cõscribendos. de q̃ habetur.19.q.3.quoniam taliter peruenitur. Inquiri enim debet an illi de quo canonizan do agitur:prior vita testimonium prebeat p laboribus multis:pro moribus castis:pro ac tib9 strenuis:vt patet di.61.miramur.Et ma xime queri debet d simplicitate z humilitate. vt patet extra de presump.ex studijs.Simpli cibus enim z humilibus dat gratiam deus. Solet etiam queri an in vita passus sit perse cutionem:vt patet. 7.q.i. omnis qui geme/ bat.z an fuerit pass9 ex charitate. i q. i.inde. Queri etiam debet de miraculis factis in vi/ ta z post morte3. De martyribus tamen nõ fit examinatio tanta.sed tamen queritur de miraculis:z causa propter quam passi sunt. ar.de conse.di.4.cathecumini.z.c.pape vicẽ Publice autem non veneretur aliquis san/ ctus: donec per papam sit approbatus .quia per malos aliquando miracula fiunt. i.q.i. teneam9.Hi quoq3 qui causa deuotionis ac cedunt ad ecclesiam aliquam.propter mira/ cula que fiunt ibi: non sunt falsis z ficticijs documentis decipiendi:sicut occasione que/ stus consueuit fieri.ex̃ de reliqui. c.z. Vide/ tur tamen:q etiam per episcopos aliquis sã/ ctus approbari possit.ex̃ de ferijs.c.vltimo.z de conse.di.3.c.i.Sed illud intelligitur de sã/ ctis iam canonizatis. Non enim sanctorum omnium festa vbiq3 coluntur.Hoc aute3 cõ/ sequitur sanctus per canonizationem scili/ cet q ecclesia pro eo solenniter:z pro aliqui/ bus solennius officium facit:vt patet li.6.de reliqui.z vene.sanctorum.c.vno.z in letanijs nominat ipsum.Et si ecclesia in canonizatio ne eius erraret:quod non est credendum li cet accidere possit.ex̃ de senten.ex.a nobis.z nihilominus tamen preces in eius honorem effuse propter fide3 deo sunt accepte: que nõ deficit:ar.ex̃ de coha.cle.nostra.z d baptismo debitum.z de presbytero non bap.c.z.z.3.Li cet etiam cuilibet in secreto alicui defuncto quem sanctum credit preces porrigere:q̃uis non posset ei solennes preces publice emitte re:vel officium solẽne dicere.vt dixerunt.Jn no.z Hosti.ex̃ de reliquijs.Ordinem autem z modum canonizandi ponit Hosti.super.c. audiuimus.

De emunitate ecclesiarũ z aliorum perti nentium ad ecclesias.ti.30.

Einde ɔsiderã/ dum est de emunitate ecclesiarũ z cimiteriorum z rex ad eas pti/ nentiũ.Et p̃ qd est emunitas.z°

distinguendum e de possessionib⁹ clericoꝝ.3° distinguendm est de muneribus.4° est videndum ad que munera clerici tenent. 5° inq̄tū ⁊ ad quos ⁊ ad quid extendit̄ emunitas eccle sie ⁊ cimiterij.6° specialit̄ de feudis an possint ecclesie donari vel legari.7° de pena violenti um emunitates. Circa primum sciendum q̄ emunitas idem est qđ libertas. Et dicitur emunitas quasi ex munia.i.munera data libertas.ab e qđ est extra. Ul' dicit̄ immunitas quasi sine munerib⁹ data libertas.ab in qđ ē sine. Uel dicit̄ imunitas quasi puritas. Inde dicitur quis immunis a peccato.i.purus. ex̄ de purga.cano.c.fi.

Jrca 2ᵐ sciendū: q̄ possessionū cleri corum quedam sunt pure ecclesiastice.s.que consistunt in decimis primi cijs ⁊ oblationibus:⁊ in his tm̄ leuitica portō consistit. Unde Nicolaus papa vocat eas leuiticaꝫ portionē. Quedā vero nō sūt ita ecclesiastice:licet a clericis possideāt iuste:quia fuerūt eis a laicis date.s.q̄ consistūt in villis p̄dijs castris ⁊ hi⁹.

Jrca 3ᵐ sciendū q̄ muneꝝ q̄dā sūt immunda:vt cloace purgatio.calcis de coctio.pallatij custoditio stabuli purgatio.ff.de mu.⁊ hono.muneruꝫ.rñso.i.⁊.l.i. Quedā sūt mūda siue honesta. Et hoꝝ q̄daꝫ sunt ordinaria:vt illa q̄ certam et regulareꝫ hñt portionem. Quedam extraordinaria.s.illa que non prestantur regulariter sed repente. Munera autē ordinaria quedam sunt personalia:vt ista que exhibentur cum cura animi ⁊ interueniente labore corporis:non tamen cum sumptibus proprijs:vt cum quis tenet̄ ire in exercitum regis ad expensas regis. Et hec dicuntur angarie:vt patet.ff.ibidem.vbi s̄.Item angariarū quedam sunt realia.s.illa que dant̄ pro rebus.vt tributa. census certi siue seruitia certa:⁊ annalia possessionib⁹ annexa.puta q̄ aliquis pro fundo vel vinea dat annuatim in natali aureū vnum vel caponeꝫ vel aliquid tale. Et hec dicuntur munera ordinaria simplici nomine:⁊ pñt etiā dici indicta.i.rebus imposita. Quedā sunt mixta.s.q̄ exhibent̄ interueniente cura animi ⁊ labore corporis cū sumptibus ꝓprijs. vt cū quis ire tenetur in exercitum regis sūptib⁹ ꝓprijs. Et h̄ dicunt̄ perangarie. Qñq3 tamē hec nomia confūdūtur.s.angarie ⁊ pangarie:vt patꝫ ex̄ de emu.vt mi⁹. Ubi glo. Angarie dicunt̄ obsequia personalia exhibita sumptib⁹ ꝓprijs ⁊ negocijs alienis. Hec dicunt̄ angarie pangarie.sicut etiā videt̄ dici.ff.ibidē.l. munerū.§. patrimonioꝝ. Munerum autē realium:quedam indicunt̄ ipsis rebus:vt q̄ talis vinea debet duos sol.ānuatim i certo termino. Quedam indicunt̄ p̄sone gratia rei:vt si collecta fiat ⁊ q̄libet ſm suam facultatē soluat. Muneꝝ aūt ordinarioꝝ q̄dam recipiūt vtilitateꝫ p̄ncipis.vt cum exigit aliquid ꝑ filie maritatōe:vel ꝑ alijs filib⁹. Quedā pietateꝫ ⁊ cōeꝫ vtilitatem:vt ea que p̄stant̄ ꝑ refectōe pontiū ⁊ viaruꝫ:⁊ ꝑ defensione fidei ⁊ regni. Et sub his muneribus continent̄ exactiones que fiunt in ciuitatibus pro bono cōi.

Jrca 4ᵐ sciendum q̄ ecclesia ⁊ earū p̄dia mancipia siue rustici clerici eoꝝ vxores filie ⁊ coloni non tenent̄ ad ad munera immunda.16.q.i.§.nouaruꝫ.⁊.c. placet.⁊ di.89.indicatum.⁊.C.de epi.⁊ cle.l. 2. Nec ad munda ordinaria:siue sint p̄sonalia q̄ dicuntur angarie:siue mixta q̄ dicūtur pangarie: vt dictū est.s̄.C.de epi.⁊ cle.l.2.⁊. C.de sa.sanc.ec.neminem.⁊.16.q.i.c.placet. in glo. Quod debet intelligi nisi in casu necessitatis:vt dicit̄ in eadē glo. Uñ custodia siue vigila murorum excipit̄ a qua nullus excusatur.ex̄.e.puenit.nisi sit senex.C.de decurionibus.l.si vltra.li.io. Et hec intelligūt Host. ⁊ Ber.quo ad hoīes ecclesie. Clerici.n.a matutinis nō sūt auocādi.di.88.c.fi.⁊.C.de epi. ⁊ cle.quisq̄s.nisi forte tāta necessitas immineat:q̄ de precepto episcopi aliud fiat.ex̄ de re. iur].qđ non est licitū. Vocantē per laicū nullatenus discernat̄.ex̄ de consti.ec.ſm Hosti. Non tenent̄ etiaꝫ clerici ad munera munda ordinaria realia ratione possessionū:que sūt pure ecclesiastice:nec etiā ratione mansi.i.dotis:que debet omnino esse libera: de quo fit mentio ex̄ de cen.c.i. Et dicit̄ māsus ſm vulgare italie q̄ntitas terre:que sufficit duobus bobus ad laborandūꝫ in anno:vt dicit̄ ibidē in glo. Tenentur autē ratione aliarū possessionū:que consistūt in castris ⁊ villis predijs ⁊ hui⁹:nisi super hoc a principe obtinuerint libertateꝫ. Hec ꝓbant̄.23.q.8.§.ecclesie.⁊.c. quod nicolaus papa sup canonicā.⁊.c.tributū.ex̄ de cen.c.i. Uñ ſm Hosti. aut ecclesia alij vēdat aut soluat:aut incidet i cōmissū.C.d epi.⁊ cleri.l.si quenq̄.⁊ de exac.tribu.si diuina domus.li.io. Alij dicūt q̄ non cōmittitur sed loco pignoris retinere pōt donec de tributo fuerit satisfactum. Sic intelligunt dictā l.si dira.que hoc innuit. Aliq̄ vero dicunt q̄ h̄ lex intelligitur de domo imperiali. q2 i reb⁹ ecclesiasticis nulla sollicitudo transactionis .i cōmissionis significatur .C.de sa.sā.ec.placet. Unde si clericus vel abbas vasallus regis contra dominū suum felloniā cōmiserit

eo viuēte ad regem feudum ptinebit: sed eo mortuo rex illud eius successori restituere debebit: vt patet i.l. de feudis de capitulis cō radi regis.c.si clericus vel epus. Et est ratio: quia delictum psone rc̄.16.q.6.si episcopum. Et si episcopus vel abbas tenet vnū magnū feudum ab aliquo principe: ⁊ ei cōsueuit certo modo seruire: debet ei suuz seruitiū eo modo quo debet exhibere. Unde in hoc casu licz non teneatur ī caualcatis psonaliter ire.ar. 23.q.8.§.i. debet tamen mittere fm ꝙ est solitum: aut non teneat beneficium.ar.extra d pben.cum fm.⁊.c.extirpandum. Et hoc itelligo si sit bellum iustum. Secus est si sit iniustum. Non tamen propter hoc ꝙ non mittit in casu tali potest feudo priuari.ar.extra de presump.c.fi.⁊ de ꝯsue.c.fi. Faciet etiā inde fidelitatem si consuetum sit: ⁊ quicquid feudi ꝯsuetudo requirit prestabit: ex̄ de iureiur̄. nimis. Et quicquid est expressum in iur̄: ex̄ d pe.§.i.c.fi.ibi nos ecclesias. Al's si libertatem contra dn̄m prescripsit: tuendus in sua libertate erit. Et hoc si prescriptum sit bona fide Al's cursus tepis non obstabit: extra de p̄scrip.vigilanti. Hec Hosti. Non tenet̄ tamen soluere munus supinductum.i.tributum de nouo constitutum: quod supueniente libertate imponitur tantū ab impatore: lz sit munus ordinarium reale.16.q.i.c.placet.in glo. ⁊.C.de sup inductis.l.i.⁊.2. Ad munera aūt ordinaria si respiciant tm̄ vtilitatem p̄ncipis non tenent̄ clerici de possessionibus ecclesiasticis: nec etiā de alijs possessionibus: nisi forte sub tali pacto date sint eis: ꝙ cum p̄nceps coronat̄ vel maritat filiā suam: vel filiuz suū facit militem: teneatur talis ecclesia pro illis bonis sibi datis expensas facere in toto vel in parte: vel aliquid huiusmodi. Si aūt respiciant vtilitatem cōmunem: tm̄ laicoꝝ: sic etiaz non tenentur vllo modo. Si vero respiciant vtilitatem cōmunem laicorum simul ⁊ clericorum: vt illa que dantur pro refectione pontium vel viarum vel pro defensione fidei vel regni: tunc Rich.quolibet.2.q.30.ar.4.distī guit: quia aut facultates cōitatis ad hec sufficiunt: ⁊ tunc clerici non tenentur. Aut non sufficiunt: ⁊ sic adhuc distinguo: qꝛ aut requiritur cōsilium clericorum sup negocijs illis: aut non. Si non requiritur ⁊ requiri possūt sine detrimento negociorum videtur aliquibus ꝙ princeps vel consules ciuitatis preiudicant sibi q̄tum ad minus ꝙ clerici pro talibus operibus exhibere deberent: quia videt̄ tur clericos contēnere: ⁊ honorem eis debitū non impendere: cuz sint laicis digniores. Et

fm iura non sunt di iura sua seruanda: qui ius violat alienum: extra de priuile. dilecti filij in tex.⁊ glo.⁊.25.q.2.sic decet.ar. Ad hec extra de mu.peti.c.i. Si autem requirit̄ aut consentiunt: ⁊ tunc tenentur soluere partem suam pro portione seruata. Aut non consentiunt ꝙ talia opera fiant: ⁊ tunc aut iminet necessitas faciendi: aut non. Si nō: qnia forte vie sunt satis bone: ⁊ pons est satis sufficiens: ciues tamen volunt emendare: ⁊ sic non tenetur soluere: quia si ego ⁊ tu habem⁹ vnaz domum communem: ⁊ tu vis eam meliorare faciendo ibi turrim: ⁊ ego non consentio: si facias eam ego non teneor aliquid soluere. Si autem īminet necessitas: vt quia pons est destructus: ⁊ vie sunt tales ꝙ necessaria clericis ad ciuitatem commode ferri non possūt tunc si ciues faciunt talia reparari cum expē sis proportionatis operibus ipsis ⁊ facultatibus clericorum: clerici tenentur soluere partem suam saltem de possessionibus illis in q̄bus portio leuitica non consistit. Conueniens enim est communes expensas eorum fieri: quorum vtilitas est cōmunis.ff.ad.l.rodiam de iactu.l.i.⁊.C.de sacro sanc.ec.ad instructionem. Ubi expresse habetur ꝙ clerici tenentur pro parte expensarum que fiunt pro talibus operibus. Placet etiam aliquibus ꝙ tenentur etiam ratione sortis leuitice. Nec obstat fm eos: vt videtur quod dicitur extra de cen.c.i.vbi dicitur: ꝙ ratione talis partis non tenetur ad aliquod officium: nisi ecclesiasticum: quia in soluendo partem suam pro re sibi vtili ⁊ necessaria non seruiunt alij: sed sibi ipsis. Et hoc tenent legiste. Hoc tamen aliquibus canonistis non placet. Unde.16. q.i.c.placet.dicit glo. ecclesiam nō teneri ad constructionem pontium vel murorum: q̄cquid lex dicat. Sed fm alios cuz lex illa.s.ad constructionem non inueniatur expresse reuocata: ⁊ iura iuribus debeant concordare: videtur ꝙ dicta glo.⁊ iura que videntur contradicere illi legi sic debeant exponi: ꝙ non repugnent ei. Unde debent intelligi in alijs casibus de quibus dictum est in distinguendo: ꝙ in illis non tenentur soluere clerici. Videtur enim irrationabile: ꝙ clerici multum diuites non teneātur soluere pro opere ex quo prouenit eis vtilitas magna: ⁊ pauperculi laici teneātur quibus prouenit inde parua vtilitas. Ubi tamen ciues essent multum diuites: ⁊ clerici nimis pauperes rationabile esset ꝙ a clericis aut nihil aut ita parum acciperent ꝙ non grauarētur. Sed quomodo cogi pn̄t soluere munera ad q̄ tenet̄. R̄ndeo.

ad aures. Excedũt etiã subtrahẽdo et diminu
endo redditus subditorum: quos potius de/
fendere deberent et tueri: vt extra de resti. spo.
conquerente. Coguntur aũt resartire dãna:
vt patet ibidem. c. grauis. Et puniri possunt
pena extraordinaria: et sunt omnia reintegrã
da: vt extra. e. c. z. Nec debent eos irrationa/
biliter grauare: vel inhoneste tractare: sed tã/
q filios et fratres fraterna charitate tueri: et
honorare. extra. e. c. i. Excedunt etiã q seipos
instituunt in ecclesijs sibi subditis: Vñ cogũ/
tur eas dimittere: vt extra. e. ad aures. Exce/
dunt etiã denegando sacramenta malitiose:
et sine causa. In quo casu videtur q alibi pos
sunt accipi: ar. extra de prescrip. c. cũ olim. Qđ
est verum de priuilegiatis: vt patet ibidem. et
in casibus concessis extra de regularibus licz
et de sepul. c. i. Alias contra: extra de tẽpo. or.
ad aures. et c. q translationẽ. et de pe. et re. om
nis. Sed est ad superiores recurrendũ: vt ex̃
de iurepatro. nullus. Sed et aliqua sunt: que
in necessitate a quolibet accipi possunt. de cõ/
se. di. 4. sanctum est. et extra de offi. ordi. pa/
storalis. §. preterea. Hec Hosti. Excedũt etiã
in exigendo: dum imponunt tallias et collec/
tas indebitas. extra. e. c. i. Excedunt etiã qz
dum ecclesie romane vel eius legatis subue/
niunt: querunt predam potius q subsidium
in subiectis: vt habitum est. s. ti. precedenti.
ar. 3. Excedunt etiam quia de facili sine cã et
sine ordine iuris excõicant et suspendunt: cuz
excõicatio: que est eterne mortis damnatio si
ne certa et manifesta causa fieri nõ debeat: nec
pro paruis et leuibus causis: vt dicitur. ii. q. 3.
nemo. et c. nullus. Excedunt etiam dum ma
los clericos ordinant. di. 59. si officia. Exce/
dunt etiam dum exquisita et singularia ciba/
ria querunt. iz. q. z. gloria. Excedunt etiam
quia circa diuitias et ornatũ ecclesiarũ omne
studiũ suũ apponũt: et de ministerio nõ curãt.
Cõtra quos inuehit Hiero9. in preallegato
c. dicens. Marmora nitent auro: splendent
laquearia gemmis: altare distinguit: et mini/
steriorum christi nulla est dilectio. Excedunt
etiam episcopi dũ ab abbatibus et monachis
aliqua exigunt cõtra ordinis instituta: vt ex̃
e. sane. et de simo. ne dei ecclesiam. cum ea ad q̃
tenentur abbates episcopis scripta sint. i8. q.
z. hoc tm̃. et c. abbates. et extra de offi. ordi. cõ
querente. Unde si episcopi indebita et insoli/
ta exigant: possunt abbates iure proprio de/
negare: vt extra. e. sane. nisi prelatus esset in
possessione: vel quasi eius quod exigit. Tunc
enim illud subtrahere subdito non licez: vt
extra vt li. pen. a memoria. Excedũt etiã duz
religiosos contra indulgentias et priuilegia
sua molestant. extra. e. c. nimis. et c. tanta. Ex
cedunt etiam contra eosdez multis alijs mo
dis a quib9 cessare iubentur. li. 7. e. ti. frequẽs
Quidã etiã prelati nimis grauant monaste/
ria ordinis cistercieñ. li. 7. de censi. ad nostruz
Excedunt etiam in multis alijs: que dimitto
gratia breuitatis.

Equitur videre de z°. s. de excessibus
subditorũ in prelatos. Circa qđ scien
dum: q subditi qñcunq delinquunt
in superiores subtrahendo se ab obedientia
eorum: quod facere non possunt etiam aucto
ritate archiepiscopi: cum non habeant pote/
statem in subditos suffraganeorum suorum:
vt extra de exces. prela. sicut nisi in casibus.
Offendunt etiam prelatos subditi erigendo
contra eos ceruicem et calcaneum. In quo ca
su si vicarius insurgat contra personã eccle/
sie: falso sibi assumendo psonam: non tm̃ pri/
uatur beneficio propter fidẽ non seruatam:
vt extra de iureiur. querelam. sed etiã in toto
episcopatu ad executionẽ sui officij nullate/
nus admittetur: vt extra. e. illud. Astricti enĩ
sunt vicarij ad seruiendum ecclesijs et perso/
nis: vt extra de offi. vica. ad hec. Archidiaco/
nus etiam: qui contra fidem homagij prestiti
et debitam reuerentiam: epm dominũ suum
fore negauerit: vel super rebus spiritualibus
eum ad forum seculare traxerit: vel inuasori
ipsius episcopi vel sociorum eius: et fratrũ ei9
cum suis complicibus causam vel consilium
dederit: tanq membrum putridum debet ab
archidiaconatu et ecclesia perpetuo remoue/
ri: ita q ei9 beneficia per illos ad quos dona/
tio pertinet personis idoneis cõferanĩ. Hec
Hosti. Item offendunt superiores quando
sunt tanq singulares in aliqua ecclesia: et de
nouo fabricant sigillum: quod nunq consue
uerunt habere: quod nõ debent facere: etsi fe/
cerint: vti eo non debent: vt extra. e. dilecta.

Ergo a contrario: si tanq̃ collegium congregati sunt: licet eis sigillum habere extra de appel. significauit. Licet tamē cuilibet habere sigillum tanq̃ singulari et priuato: quia hoc etiam laico licet: vt. ff. de procu. si procurator. Sed et si quis proprium sigillum non habet: alieno sigillare pōt. Debet autem exprimere hoc mō Et quia proprio sigillo carebam: tali sigillo presentes litteras sigillaui: ar. C. de testamentis. si vnus. Sed quomodo sciam vtrū aliqui sunt in ecclesia tanq̃ singulares vel tanq̃ collegium? Respondeo. Per speciale priuilegium eis concessum si appareat: ar. ex̄ de elec. sacrosancta. Quod si non apparet considerandus est vsus ecclesie. Si enim nunq̃ cōsequētes actus habuerunt: nec elegerunt: nec per syndicum responderunt: nec archam cōmunem vel sigillum cōmune hacten⁹ habuerūt singulares iudicātur: vt extra. e. dilecta. Al's si hec proxime dicta consueuerunt habere et exercere: collegium iudicantur: extra de elec c. i. et de syndico. c. i. Licet autem singulares persone in preiudiciū priuati non possint per seipsos collegiare: pōt tamen hoc fieri auctoritate pape vel de consensu diocesani etiam inuito patrono in fauorem ecclesie. Si autem archidiacono vel alteri clerico fieret enorme preiudicium: est eidem in alijs restaurandum Sic intellige illud. c. sacrosanc. et extra de vi. et ho. cle. qm̄. Hec Hosti.

De simonia. ti. 55.

Onsequēter visco de excessibus prelatorum in subditos et econuerso considerandū est de simonie excessu specialit̄. Et primo q̄d sit: et vnde dicatur. 2° vtrum sit peccatum. 3° quot et quibus modis committatur: 4° qua pena simoniaci feriantur. 5° de restitutione simoniace receptorum. 6° que dispensatio circa eos: et per quos adhibeatur. 7° specialiter de simonia: quam cōmittunt prelati: vices suas vel ecclesias pro censu annuo concedēdo. 8° vtrum committatur simonia: si exigat̄ pecunia pro doctrina et docendi licentia. 9° de quibusdam casibus dubijs circa simoniam. 10. qui admittuntur ad accusandum simoniacum: et testificandum contra eum. Circa primum queruntur plura. primo quid est simonia. Respondeo sm̄ Dam̄. et alios plures doc. iuris canonici: q̄ simonia est studiositas siue studiosa cupiditas emendi vel vendendi spiritualia vel spūalibus annexa. Et redit in idem cum descriptione magistrali quā ponūt doctores sacre scripture. s. q̄ simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel annexum spūali. Et elicitur ex verbis Greg. i. q. i. Qui inquit studet donum dei mercari precio permanere non pōt in ordine sacro. Obijcit̄ aūt contra dictam descriptionē: quia ipsa innuit q̄ simonia committitur sola intentione: cuius cōtrariū videtur per plura iura: vt extra. e. tua nos in fi. et c vlti. et extra vt eccle. benefi. vt nostrū. Propter quod dixit Ian. q̄ sola pactio facit aliquem simoniacum. Hoc idem videtur sentire Ber. extra. e. c. vlti. et c. cōsulere. vbi dicit: q̄ nō credit q̄ sola voluntas faciat hominem simoniacum: licet alias peccet. Sed Hosti. dicit concordando: q̄ sola voluntate committitur simonia: quo ad deum: non tamē quo ad ecclesiam: vt extra. e. tua nos. in fi. Unde talis simonia sine resignatione et restitutione eius quod taliter sine pactione aliqua est receptū per penitentiā deletur: vt extra. e. c. vlti. Et si obijcitur q̄ sola intentōne cōmittit̄ vsura: ex̄ de vsuris. consuluit. Respōdet q̄ hoc non est verum in foro iudiciali: vt patet extra de vsuris. in ciuitate. sed in penitentia inducit̄ vsurarius ad restituēdū sic accepta: vt dicit. c. cōsului t. Si queratur quare etiam hic in penitentia non inducitur abbas ad restituēdū et monachus ad renunciandum: sicut vsurarius ad restituendum. Rn̄deo. Distinguēdū est: q̄ quedam sunt prohibita q̄r simoniaca vt emere vel vendere sacramenta. Et breuiter omnia que erant in veteri nouoq̃ testamento simoniaca. Et in his sufficit sola voluntas scilicet ad introducendum peccatum siue stet in finibus suis: siue progrediatur vlterius ad actum emendi vel vendendi vel etiam paciscendi. Sed non sufficit ad introducendam irregularitatem: si non progrediat̄ ad actum paciscendi. Quedam vero sunt simoniaca q̄r prohibita per ecclesiam: vt cum quis renūciat sue ecclesie: hac conditione vel pactōne: vt detur cui placuerit sibi. Et illis non obest sola voluntas: sed requiritur actus paciscendi ad introducendū peccatū: extra de offi. dele. ex pte. et de renū. de mlťa. Nō. n. peccat q̄ vlt renūciare vl'ēt actu renūciat bn̄f cio ad op⁹ alterius si dignus sit: dum tamen pactio non intercedat. Hosti. vero de his: que sunt simoniaca pter prohibitionem ecclesie ponit exēplū de venditione beneficij dicens: q̄ non erat prohibita in veteri testamento. Hodie ergo est simoniaca: quia prohibita. Unde hodie est simoniacum vendere vel mercari gastaldiam.

Iconoimatum .aduocatiam .7 hi⁹.extra.e.ad nostram.7.i.q.i.siquis .7.q.3.saluator. Et in his non obest sola voluntas:sed requiritur actus quo ad ecclesiam. Hec hosti. Predicta tamen distinctio circa ea:que sunt simoniaca ponitur cōiter a doctoribus modernis et antiquis:7 ponitur a Ber.extra de offi.dele. ex pte.i. Hosti.ergo respondens ad questionem premissam dicit: q illud quod seruatur de vsura:que vtroq3 testamento condemnat̄ seruabitur etiam de simoniacis primo modo dictis. Et sic intelligi potest illud. i.q.i. q̄ studet.7.c.reperiuntur.7 similia. De simoniacis vo 2⁹ modo dictis loquit̄ extra.e.c .vlti. Uñ videtur ſm ipm:q si episcopus tali spe duct⁹. scilicet pecuniam habendi clericum secularē ordinauit:7 postea pecuniam:quam sperauit receperit:induci debet in iudicio anime:vt pecuniam reddat:7 clericus qui eandem intentionem habuit:induci debet:ne suum exequatur officium:quousq3 secum fuerit dispēsatū: tamen quo ad ecclesiam celebrabit. Reddit etiam aliam rationem ipse hosti.s. q monachus nihil propriū habet. Unde q̄tūcunq3 sibi precium restitueretur:precium semper eēt monasterij:sed ei qui dederit vsuram restitutio fiet:quia ꝓprium habet. Obijcit iterum Hosti.cōtra eandem descriptionem:q2 innuit:q sine studiosa cupiditate emendi vel vendendi spūalia:vel spūalibus annexa non cōmittitur simonia:quod est falsum:vt patebit ī. Propter predicta igitur Hosti.describit simoniam sic. Simonia est spūalium vel spūalibus annexorum precedente pacto promissionis.conditionis.modi.seruitij.precum. vel cuiusuis tempalitatis receptio.siue donatio. Hec autem descriptio ex his que dicentur.ī. patebit. Potest tamen descriptio primo posita sustineri dicendo:q studiosa voluntas dicitur ibi voluntas ad actum exteriorem progressiua.ſm glo.i.q.i.qui studet. Potest etiā dici:q q2 peccati pfectio est in electione:licet quandoq3 homo iclinetur ad hoc ex infirmitate vel ignorantia. Ideo simonia dicitur voluntas studiosa:vt intelligatur esse voluntas eligens :non surrepticia. Nomine vero emptionis 7 venditionis intelligitur ibi omnis cōtractus non gratuitus. Unde etiā dignitates vel prebende vel alia ecclesiastica beneficia pmutari non possunt auctoritate partiū sine simonie periculo:sic nec transigi:extra de trāsf. super eo. Episcopus tamen hoc facere potest pro causa necessaria vel vtili: extra de rerum permu.quesitum. Est autem transactio de re dubia lite incepta:7 nondum finita:non gratuita pactio. Unde dicit Rob. q simoniaci sunt qui inter se paciscuntur hoc modo.tu facies pro posse tuo:q ego habeam beneficiū tuum:7 ego q tu meum. Possunt tamen sibi voluntates suas inuicem intimare: dicendo sic. Libentius essem in ecclesia tua 7 econuerso:7 episcopo significare. Ulterius ad euidentiam predicte descriptionis videndum ē quid ibi dicatur spirituale :7 quid annexum spirituali. Circa quod sciendum:q spirituale potest dici dupliciter scilicet per comparationem ad spiritum sanctum:7 per comparationem ad spiritum humanum. Spirituale dictum primo modo potest dici tripliciter .s. per essentiam:vt gratia 7 virtutes gratuite p casualitatem 7 dispositionem:vt sacramenta que sunt quodammodo causa gratie 7 virtutum 7 per effectum:vt ea que conueniunt alicui ex aliquo dono vel officio spirituali:vt pphetare:miracula facere:diuinum officiū celebrare. Annexum autem spirituali scilicet p comparationem ad spiritum sanctum dicit̄ multipliciter. Uno modo:quia in eo spirituale ministratur:vt vasa sacra:ecclesia cimiterium. Alio modo quia ex spirituali dependet siue cōsequitur:vt habere ecclesiam vel dignitatem ecclesiasticam :canoniam vel prebendam:siue aliud beneficium ecclesiasticum:vel ius percipiendi fructus prouenientes ex predictis vel ius percipiendi decimas :primitias vel oblationes. Hec enim omnia ordini clericali annexa sunt:quia solis clericis conueniunt. Tertio modo:quia antecedenter ad spiritualia ordinatur:vt ius personatus :quod est potestas presentandi ad officium ecclesiasticum. Posset tamen etiam annexum spirituali dici largo modo spirituale. Spirituale pmo modo dictum nec de iure nec de facto potest vendi. Spirituale vero 2⁹ modo 7 3⁹ 7 etiam annexum quocunq3 modo dictum vendi non potest de iure:sed de facto tantum. Que patebunt.ī.plenius. Et sicut spirituale predictis modis dictum non potest vēdi 7 emi :ita nec redimi vel resignari pro pecunia:vt extra eo.querelam.i.q.i.nullus episcopus.7. Non potest inquam redimi ab illo scilicet qui ius habet percipiendi:alias potest redimi sicut redimuntur decime de manu militum eas iniuste detinentium. In omnibus enim predictis omnis promissio:omnis conditio:omnis pactio commodi temporalis simoniam inducit vt extra de pac.c.vltimo.7.i.q.2.q̄ pio. Conditio tamen licita:7 que de iure est potest apponi:extra de elec. significasti. Spirituale autem per comparationem ad spiritum hu-

manum dicitur duplicitur. Uno modo per essentiam: vt scientie phice: que per inuestigationem et doctrinam humanam acquiruntur. Alio modo per causam: vt doctrina predictarum scientiarum. Scientie nec de iure nec de facto possunt vendi. Un prouer.17. Quid prodest homini stulto habere diuitias: cum non possit emere sapientiam? Doctrina vero de iure et de facto potest vendi. De quo dic vt i. Annexa vero huic spirituali: vt schole et libri vendi possunt de facto et de iure communi nisi ecclesia locum scholarum assignaret doctori. Unde dicitur simonia? Respondeo A Simone mago: qui voluit emere gratiam a beato Petro Act. 8. Giezita vero dicitur a giezi seruo Helisei: qui vendidit gratiam sanitatis Naaman syro. 4. Regum. 5. i.q.i. qui studet. Ex quo patet: quod venditor spiritualium proprie dicitur giezeticus. emptor vero proprie simoniacus. Usus tamen obtinuit: vt vterque simoniacus dicatur. Et hoc conuenienter. Ad hoc enim Simon voluit emere pecunia donum spiritus sancti: vt alii postea venderet: vnde in eo fuit quantum ad voluntatem vicium emptoris et venditoris.

Sequitur videre de 2° scilicet vtrum simonia sit peccatum. Respondeo: quod sic: etiam mortale valde graue. Unde i.q.i. qui studet. dicitur crimen capitale. Sicut enim dictum est. 2. li. aliquis actus est malus ex genere: ex hoc quod transit super materiam indebitam. Emptionis autem et venditionis indebita materia est res spiritualis. Cuius ratio est triplex. Prima est: quia res spiritualis non potest aliquo terreno precio compensari: sicut dicitur de sapientia prouer. 3. Preciosior est cunctis opibus: et omnia que desiderantur huic non valent comparari. Et ideo Petrus dixit Simoni Act. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. 2ª ratio est quia illud solum est materia debita venditionis: cuius venditor est dominus. Prelatus autem ecclesie non est dominus rerum spiritualium: sed dispensator. secundum illud. i. Cor. 4. Sic nos existimet homo: vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei. 3ª ratio est: quia venditio repugnat origini spiritualium que proueniunt ex gratuita dei voluntate. Unde Mathei. 10. dicitur. Gratis accepistis gratis date. Et ideo aliquis in vendendo et emendo spiritualia exhibet irreuerentiam deo et tribus personis diuinis: ideo peccat peccato irreligiositatis. Comparatur autem peccato heresis i.q.i. qui studet. et i.q. vltima. c. finali. non quia sit heresis proprie: sed similitudinarie: quia simoniacus ita operatur: ac si contra fidem sentiret: dum scilicet emere et vendere precio spiritualia nititur. Utrum in his que simoniam inducunt auctoritas pape excusaret a simonia? Respondet Ber. extra de pactis. cum pridem. quod in his que sunt ex sui natura simoniaca in veteri testamento vt vendere sacramenta et huiusmodi spiritualia non excusat auctoritas pape. In his vero que sunt simoniaca per constitutionem ecclesie excusat: quia potest in talibus dispensare. Hec Ber. Unde pape non liceret accipere pecuniam pro aliqua re spirituali: sicut nec alteri homini: Immo tanto peccaret grauius: quanto locum maiorem obtinet. Licet enim res ecclesie sint ipsius vt dispensatoris principalis: non tamen sunt ipsius vt domini et possessoris. Et ideo dicit Tho. quod si reciperet pecuniam pro aliqua re spirituali: siue de bonis ecclesie. siue de bonis aliis: non careret vicio simonie.

Sequitur videre de 3° scilicet quot et quibus modis committitur simonia. Circa quod sciendum: quod simonia committitur triplici munere: vt dicit Gregorius: Propter quod dicitur Isa. 33. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Est enim munus a manu scilicet pecunia: et a lingua scilicet fauor: et ab obsequio: vt seruitus indebite impensa. i.q.i. sunt nonnulli. Et contrahitur quandoque ex altera parte tantum. scilicet dantis et accipientis. Quandoque ex vtraque. Quandoque ex neutra: vt cum vtroque ignorante amicus ordinandi dat aliquid consiliario episcopi vel promittit. i.q.i. statuimus et c. si qui a simoniacis. Preter triplex autem munus predictum cantor parisien. posuit. 4m scilicet munus sanguinis. Unde dixit quod conferre ecclesiam vel prebendam alicui intuitu consanguinitatis est simoniacum. Sed aliis vt Alexan°. de anglia. et Tho. videtur quod hoc sit bene graue peccatum: non tamen simoniacum quia nihil ibi in precium datur vel recipitur: quod ad simoniam requiritur. Si tamen aliquis prelatus beneficium aliquod ecclesiasti cum alicui daret hoc pacto vel intentione vt ipse suis consanguineis prouideret: simoniacus esset. De tribus ergo muneribus supradictis per ordinem est dicendum. Et primo de munere a manu. Notandum ergo: quod hoc munus dare vel accipere pro spiritualibus: vel etiam annexis spiritualibus semper inducit simoniam: nisi adeo sit paruum: quod non debeat inducere promouentis animum: inspectis causa

tempore et qualitate personarum: vt extra eo. etsi questiones. Quod est verum si pactum non precessisset. Alias contra: vt extra eo. tue. et. i. q. i. placuit. et nullus. Et iudices precipue debent intendere: quia quicquid agant homines intentio iudicat omnes scilicet quo ad deum. extra de elec. cum ex officij. Ideo dicit Laurentius. Muneribus dandis attende quatuor ista. Quis dans: quisue petens: que res: que causa petendi. Quis scilicet pauper vel diues. Que res precij magni vel parui: et potest addi quintum scilicet an instante necessitate vel alio tempore conferant. Vetus enim prouerbium est. Nec omnes nec omnia nec ab omnibus. Valde enim inhumanum est a nemine velle recipere: sed et omnia et ab omnibus vilissimum est. ff. de offi. procon. solent. §. vltimo. Ergo esculentum et poculentum: quod consumi possit infra triduum recipere licet. ff. de offi. presi. plebiscito. Si tamen corrupta intentione et sine pacto dentur vel recipiantur munera quantumcunque parua committitur simonia scilicet quo ad deum: que tamen sine resignatione executionis ordinis vel beneficij collati purgatur sola penitentia. Et secundum hoc potest intelligi illud extra. e. nemo secundum Gof. Sciendum igitur: quod nihil debet conferri nec recipi pro sepulturis aut exequijs mortuorum: vel benedictionibus nubentium: nec pro chrismate: nec pro oleo sancto: extra eo. cum ecclesie. ea que ad nostram sententiam in tantum. Nec pro ecclesia conferenda vel consecranda. Vel abbate vel abbatissa in sede ponenda. Nec pro ecclesie inuestitura: nec pro consecrationibus episcoporum: intronizationibus eorum: benedictionibus abbatum: ordinationibus clericorum: licet de corruptela sit taxatum quantum sit isti vel illi tribuendum: vt extra. e. in tantum. sicut nec pro aliquo sacramento ecclesie: nec etiam pro pastu vel pastillo: vel pro voce: vel pro calamo: sine scriptura: et similibus est aliquid petendum vel dandum: extra. e. veniens et. c. i. et. i. q. 3. siquis obiecerit. Nec aliqua consuetudo prodest vt pro talibus aliquid exigatur. extra. e. non satis. et. c. sequenti. Si obijcitur: quod consuetudines laudabiles obseruari debent. i. q. 3. quesitum. et di. 18. de eulogijs dicendum secundum Hosti. quod ex pacto nihil recipi debet obtentu alicuius consuetudinis: sed recipi potest si offeratur gratis: sicut curia tenet et probatur extra. e. dilectus filius. et dicetur iam statim. Vel etiam secundum eundem Hosti. melius sic. Aut clerici exigunt a laicis obtentu consuetudinis. Et tunc non debent clerici retinere pignus spirituale: sed gratis debent sepelire: vel benedictionem dare: et postea veritate cognita per episcopum loci cogentur laici laudabilem consuetudinem obseruare. extra eo. ad apostolicam. Aut clerici a clericis. Et isti si petant aliquid in quo propria et priuata vtilitas versatur non valet: vt patet in dictis c. quesitum. de eulogijs. Excipiuntur autem quidam casus a iure: in quibus munus a manu recipitur: vel recipi potest. Unus est si offeratur gratis: extra eo. dilectus filius. in fine glo. a. Si autem dubitetur vtrum gratis vel ex pactione vel ex corrupta voluntate sit datum: debent attendi prenotata supra proxime. et secundum ea presumi potest pro et contra scilicet in foro causarum. Sed in foro conscientie attenditur intentio. Quidam tamen quibus consentit Ray. distinguunt: quia aut datur aliquod temporale pro spirituali: siue propter spirituale principaliter. Et sic est simonia. i. q. i. eos. in fine. et. q. 3. siquis prebendas. Aut non principaliter: ita quod alias daretur. Et sic non est simonia. extra eo. etsi questiones. dilectus filius a. in fine. De qua opi. dicit Rod. quod videtur dura: quia raro vel nunquam contingeret hoc. Quando enim episcopus Parisiensis intronizatur per archidiaconum Senon. consueuit ei dare dimidiam marcam auri. Quomodo autem vel quando sibi eam daret: nisi eum intronizaret. Unde credit quod si hoc sponte et sine pacto fiat non est simonia. Credit etiam quod si aliquod temporale detur: non vt debitum: sed vt dari consuetum: non est simonia. hec Rod. Sciendum autem quod non omnis pactio inducit simoniam. Nam possessio dari potest: vt in ea construatur oratorium: vt extra de resti. spo. olim. Et sub certo pacto dari potest licentia construendi ipsum: extra de censi. quanto. et extra eo. ex insinuatione. talia enim pacta reputantur spiritualia: sicut et illud extra de preben. significatum. Et in traditione sue rei quilibet potest quod sibi placet apponere pactum extra de con. ap. nullum. 2us casus est cum aliquid pro operibus spiritualibus alicui presbytero datur: qui ad ea alias non tenetur. iz q. z. charitatem. Et hoc est verum si non habeat alias vnde viuat. vt. i. q. i. iudices. Et ar. optimum. iz. q. i. illi qui. Unde suas operas locare potest ad tempus: vt faciunt presbyteri conducticij: vel quia hoc male sonat vicarij dicantur vel subsidiarij: vt extra ne prelati vices. c. finali. dummodo vt dicunt Goff. et Hostiensis principalem intentionem suam inferat non ad pecuniam: sed ad obtinendum

veniam. Si vero ad eas ex officio suo teneatur: puta quia est desponsatus et intitulatus ecclesie: nihil etiam obtentu sumptuum accipere debet. de consecratio. dis. z. sufficit. alias simoniam committeret: vt. i. q. 3. vendentes. Parochiani tamen cogendi sunt per superiorem soluere illud quod consuetudo laudabilis introduxit: extra eo. ad apostolicam. i fine. Et sic ad dandum oblationes. 16. q. i. statuimus. Si autem non tenetur et habet alias sumptus aut debet gratis cantare aut cessare. Alias si hoc faciat pro pecunia: aut erit ibi simonia: aut auaritia: vt dicit Gof. et Ray. Licet enim vt dicit Ray. forte non esset simonia eo quod nullus tenetur suis stipendijs militare: extra. e. cum sit. tamen esset ibi turpe lucrum: vel ad minus habet speciem mali. Predicto modo distinguunt Ray. Gof. et Hostien Rod. autem dicit: quod presbytero siue indigeat siue non pecunia dari potest in sumptus eius: non in munera sacerdotij. i. sacerdotalis officij quod impedit sicut dicit Hieronymus: quod decem panis crustula et vas mellis si prophete data fuerunt: magis in sumptus eius: quam in munera prophetie reputanda sunt. i. q. i. indices. Cum ergo dicitur: presbyter recipit pecuniam pro officiando ad tempus ecclesiam: loquitur prout ly pro notat causam sine qua non: vel causam adminiculatiuam: et non appreciationem officij vel etiam laboris: quem habet in officio sicut aliqui dicere voluerunt: quia labor ille adeo est annexus illi officio: quod non debet vendi vel locari: sicut nec officium ipsum: quia quisquis alterum illorum vendit: et reliquum. Unde in omni casu presbyter debet officium impendere gratis. Et quod ei datur debet dari gratis: sicut dicit Aug. quod apostoli gratis ab illis accipiebant panem: quibus gratis predicabant. Hec Rod. Est ergo notandum: quod cum dicitur aliquod temporale dari pro spirituali: hec prepositio pro potest denotare appreciationem siue commutationem: et sic non debet concedi: Potest etiam denotare causam finalem: vel efficientem: et sic vtroque modo potest concedi: vt sit sensus. Ille dat pecuniam pro missa. i. propter venerationem misse: tunc deuotat finem. Vel pro missa. i. pro deuotione misse: que mouet eum ad dandum: et tunc denotat causam efficientem. Potest etiam denotare adminiculationem: que etiam reducitur ad causam efficientem: vt cum dicitur: ille ministrat librum et calicem presbytero pro missa celebranda: vel ille dat pecuniam presbytero pro ecclesia officianda. Et sic etiam potest concedi. Notandum etiam quod temporalia ministrantibus spiritualia dantur et ab eis accipiuntur tanquam stipendium necessitatis: et secundum ecclesie ordinationem et approbatam consuetudinem: et non vt precium mercedis spiritualium: quia tunc dantes et accipientes committerent simoniam: non obstante aliqua consuetudine: quia consuetudo non preiudicat iuri naturali: vel diuino: quod prohibet simoniam. Unde. i. Thi. 5. super illud qui bene presunt presbyteri etc. dicit glo. Augustinus Accipiant sustentationem a populo: et mercedem dispensationis a domino. 3ᵘˢ casus est cum datur pro vita eterna in remissionem peccatorum. illud. Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime: extra de testis. c. fi. et. iz. q. z. anime. Sed quare non est hic simonia: cum hec sint spiritualia: Rndeo Quia elemosyne ita dantur pauperibus quasi deo qui est dominus spiritualium ideo simonia non committitur cum eo: sicut cum prelatis: qui non sunt domini: sed dispensatores eorum. Item predicta cadunt sub merito: et proponuntur nobis venialia a deo pro moneta dilectionis et operibus charitatis: non sicut spiritualibus: que per ministros ecclesie conferuntur. Unde corporalis elemosyna non est precium vite eterne: nisi inquantum imperat a charitate. 4ᵘˢ casus est cum datur pro redimenda vexatione extra. e. dilectus filius. i. Unde si episcopus excommunicet me iniuste: vel minetur auferre mihi beneficium quod iuste possideo licite redimo ius meum dando sibi pecuniam: vt sententiam iniustam reuocet: vel ab hac iniuria cesset: ar. extra de mgris. prohibemus. Nec obstat illud extra. e. querelam. vbi videtur prohiberi: et emi et redimi: quia ibi exponitur secundum Gof. redimi. i. pro pecunia resignari. Nec obstat etiam illud: extra eo. nemo. quia secundum Gof. ibi non redimitur vexatio: sed emitur absolutio. Vel potest dici etiam secundum Gof. et Hostien. extra. e. dilectus. i. quod si quis excommunicatus iuste beneficium acquisiuit iniuste: tunc in vtroque casu committitur: extra. e. nemo. et. i. q. i. nullus episcopus. z. Redemptio ergo rei spiritualis permittitur vexato iniuste et redimenti: sed prohibetur vexanti: et pro vexationis cessatione recipienti. Si tamen excommunicauit me iuste: non licet mihi pecuniam pro beneficio absolutionis ei dare nec licet sibi accipere: licet tamen pro peccati punitione. Caueat autem absoluens ne in hoc magis intendat cupiditati: quam correctioni seruire. Rod. autem sentire videtur quod etiam simonia est si aliquid pro reuocatione iniuste sententie detur. Unde secundum eum iniuste excommunicatus coram superiore con-

qneratur. Sed qd dictum est prius commu/nius tenetur. Nihil ergo dandum est iudici p absolutione directe. Sumptus tamen quos fecit propter rei contumaciam aduersarius: vel etiam iudex cum procedit ex officio suo: debet ipse reus anteq̃ absoluatur reficere: extra vt lite non conte. quoniam. §. in alijs. ꝛ de sen. ex. sacro. ꝛ de appella. cum speciali. Si tñ sit excommunicatus iniuste absolui debet si ne omni grauamine: vt in. c. sacro. Hec Ber. extra. eo. ad aures. Quid si quis electus in episcopum det pecuniam aduersario: vt non impediat eius electionem? Respondeo: q̧ h̄ non licet sibi necante electionem nec post: si per electionem non sit ius acquisitum ei: extra. eo. de hoc. Si autem sit ei ius acquisitum licet sibi ñ quidē pro electione: sed pro vexati onis sue iniuste redemptione: extra. eo. dilec tus filius. i. Quid si aliquis de quo consta ret q̧ in electione nullum ius haberet ante electionem impediret ne electio fieret? Nun quid capitulum vexationem eius redimere posset? Respondet Rod. q̧ sic scilicet si ille impediret ne simpliciter electio fieret. Sed si impediret ne de isto: vel de illo electio fieret: forte tunc capitulum impedienti nihil dare posset: sicut nec ille cuius electionem impedi/ret. 5ᵘˢ casus est de consecratione ꝛ visitati/one. Si enim episcopus ecclesiam consecrat: vel episcopatum visitat. potest procurationē moderatam recipere: extra de censi. cum apo stolus: ꝛ extra. eo. cum sit romana. ꝛ de pre scrip. cum ex officij. ꝛ. 10. q. 3. relatum. Et ni/lominus tñ vr̄ h̄ facē gratis: ar. extra de vi. ꝛ ho. cleri. cum ab omni. Non tamen intelli/gas q̧ exigatur aliquid pro ipsa consecratio/ne. Alias contra. i. q. i. statuimus. sed pro la/bore vie. 12. q. 2. charitatem. etiam si ecclesia sit in ciuitate: extra de censi. venerabilis. ꝑm Gof. Secundum vero Hostien. in sum. cum talis labor sit spiritualis: quem prelatus ne/cessario ꝛ ex officio sibi iniuncto tenetur sub/ire: melius est dicere q̧ hoc prouenit ex cōsue tudine: extra. e. ad apostolicam. ꝛ ex equitate: vt qui seminat spiritualia metat ꝛ tempora/lia: vt patet p multa exempla. 12. q. 2. §. quia ergo. Quinimmo hoc est ex cōnexitate: vt ex/tra de cens. cum venerabilis. Secundum au/tem Ber. ꝛ Hosti. in glosa extra. e. cum sit. ꝑ/dicta procuratio premissa est a iure quasi lici/ta: quia non peccatur legis auctoritate. 23. q. 4. qui peccat. Et debet fieri secūdū facultates ecclesie sicut ꝛ alie: ex̄ de censi. sopite. Immo etiā si ecclesia non possit ex penuria: episcopᵘˢ suis sumptibus ecclesiam consecrabit. i. q. i. placuit. Sed quare datur episcopo procu/ratio pro ecclesie consecratione: ꝛ non pro cle ricorum ordinatione: cum etiā ibi sit labor? Respondeo. Qꝛ episcopus potest ordiare in sua ecclesia: ꝛ facile potest habere expensas in domo sua: non sic autem cum aliam cōsecrat aut visitat ecclesiam. Circa vero munus ab obsequio sciendum: q̧ tale munus semper in ducit simoniam quando pactuū interuenit. Unde si promitto tibi ecclesiam: vt negociū meum promoueas simonia est: vt extra. e. cuū essent. Si autem non interueniat pactū: tūc sic distinguitur ꝑm Gof. Hostien. ꝛ Ber. sup c. cū essent. quia aut seruio tibi hac spe secun/dario ductus scilicet q̧ conferas mihi bene/ficium: ꝛ principaliter seruio gratis. Et tunc non pecco: ar. di. 61. quid proderit. Aut seruio principaliter: vt conferas mihi beneficium: ꝛ secundario gratis. Et tunc delinquo. In q̄ tamen casu sufficit mihi: per penitentiam sa/tisfacere deo: vt dictum est supra. Et ꝑm hanc distictiōem itelligitur illud: extra. e. tua nos. ꝑm Gof. Et concordant iura: que videntur sibi inuicem contraria. Aliter potest distīgui ꝑm Ray. Gof. ꝛ Hostien. sic. Obsequiū aut est corporale aut spirituale. Si sit corporale: ꝛ honestum non inducit vicium: dummodo ñ interueniat pactum: vt si quis seruiat episco/po romam eundo: pro eo aduocando: eiᵘˢ ne/gocia procurando. Et hoc innuitur a contra rio sensu. i. q. i. sunt nōnulli. ibi munus ab ob/sequio: cum sit seruitus indebite impensa. Et hoc intellige vbi dignus dignum prestat obse quium: vt dictum est. Si vero dignus indi/gnum: vel indignus dignum obsequium pre/stet: simonie vicio non caret. Unde si seruiat ei ad vtilitatem consanguineorum eius: vel faciat aliquid huiusmodi: est munᵘˢ ab osequo: ꝛ est simonia cum ꝑm Tho. Si autem sit spi/rituale ꝛ interueniat pactum inducit vicium nisi beneficio: vel personatui sit annexum: vt cum est impositum hoc onus alicui pbēde: vt qui eam hebuerit dicat missam de beata vir/gine: vt extra de preben. significatum. Et itel/lige ꝑm Rod. q̧ propter obsequium corpora/le ꝛ honestum dari non debet beneficium: sed datur obsequenti meritis suis cognitis per huiusmodi obsequium: quia vt dixit cantor parisiensis curie prelatorum sunt probatoria clericorum. Sed pone q̧ vnᵘˢ debeat dicere missā maiorē: alius minorē: ꝛ conueniunt adin uicem q̧ vnus dicat missā pro alio ꝛ econuso? Nunqd eis licebit? Rndeo: q̧ sic: qꝛ cū dr̄ iste

impedit obsequium spirituale pro alio spiri/tuali. pro non denotat tibi appretiationem: sed adminiculationem: cum ille nō possit cā/tare pro alio: nisi ēt ille cātet pro eo. Esto q duo sint baptizandi: z vnus dicat alteri ba ptizabo te tali pacto: q postea baptizes me: Nunquid est ibi simonia? Rndet Rich. q sic quia in talibus nlla pactio: vel conuentio de bet interuenire: extra .e. tua nobis. Licet eniz dare aliquid spirituale pro sacramento ex pa cto: non sit licitum ex tot causis ex quot illi/citum est dare aliquid temporale: tamen est il licitum propter duo scilicet quia res a nō do/mino emitur: z quia est contra rationem gra tie q vendatur. Dicere tamen posset: ego ba/ptizo te: z rogo te q postea baptizes me. Qd intelligo in casu necessitatis. Circa autem munus a lingua sciendum q hoc munus dici tur: vel ipsa laus pertinens ad fauorez huma/num: que sub precio cadit: vel preces ex qui/bus fauor humanus acquiritur: vel contrari um vitatur. Et ideo si quis principaliter ad hoc intendit simoniam committit. Videtur autem principaliter ad hoc intendere quan/do preces pro indigno scilicet ex aliquo cri/mine quem ex huiusmodi simōia exaudit vn/de ipsum factum est simoniacum. Si vero p digno non est simoniacum quia subest debita causa: q ei aliquid spirituale detur. Potest tamen esse simonia in intentione: si non ad p sone dignitatem: sed ad humanum fauorem attendatur. Fm enim Laur. episcopus simo/niam committit si beneficium alicui propter consanguinitatem concedit: alias nō conces/surus: quia si quis iniusto cordis amore: vel sor didis pcibus zc. i. q. i. si quis. Nec obstat ar. eo. nemo. z. c. tua. Ex quo enim fauor tertij munus fauoris inducit: multomagis fauor eius: qui ordinatur. i. q. i. sunt nonnulli. Hoc notatur extra: vt eccle. bene. vt nostrum. Secundum autem Tho. talis collatio ē car/nalis z illicita: non tamen simoniaca: quia ni hil recipit. Sed quare minus simonia com/mittitur rogando pro indigno q̄ pecuniam dando? Rndet Ber. i. q. i. quibusdam. quia i rogando, nihil datur z nihil accipitur: z ideo ibi esse nullum commercium intelligitur. Sed z pro indigno magis munera q̄ preces ecclesia detestatur. Vel fm Alex. de an. preces ordinantur ad notificandum dignitatem ta/lis: sed pecunia ad mouendum inordinate ar bitrium conferentis. Potest autem circa hoc distingui fm Gof. z Hostien. sic: scilicet q pro mouetur quis aut precibus suis: aut alienis. Si suis aut ad prelaturam maxime que con fertur per electionem: z tunc simōia commit/titur: quia talis videtur ambiciosus: z eo ipo indignus: extra de elec. qualiter. z. i. q. i. sicut is. Aut ad simplex benef.cium: z tunc non cō/mittitur: dum tamen sit dignus: vt extra .eo. tua nos. in principio. Si autem promouetur precibus alienis: aut precibus spiritualibus: aut carnalibus. Si spiritualibus simonia nō committatur. i. q. i. latorem nisi prelatus con sanguinitate trahatur. i. q. i. ordinationes z. c. sunt nōnulli. vbi dicitur: q preces uccedūt loco precij. Tancr. autem z Greg. naso. dixe runt: q nullo dato simonia non committit. i. q. z. q̄ pio. Sed hoc intelligit Hosti. quando consanguineus est dignus. Tali enim magis q̄ extraneo tenetur prouidere prelatus: ar ex de cohabi. cle. c. i. Si vero sit indignus: locū habet vt prius dictum est. Si vero precibus alienis z carnalibus: aut promouetur ad pre lationem: aut ad simplex beneficium. Si ad prelationem: iniuste fiūt preces maxime quā/do rogans est laicus: cuius vultus timeri po/test: vt extra de elec. Ofius. Qu sqms: nisi for te prelatus non habito respectū ad preces: eū instituat ex officio suo necessitate: vel vtilitate ecclesie exigente vt extra de eta. z quali. curā. Si autem ad beneficium simplex: aut ille pro quo rogatur est indignus: z tunc simonia cō/mittitur: vt in. c. de ordinationibus. i4. q. i. z. c. nonnulli. Aut est dignus: z tunc non com/mittitur: si prelatus principaliter preces non sequatur. i. q. i. quibusdam. z ar. in. c. tuam. Hec Hostien. Ray. vero z Ber. extra de eta. tuam. conueniunt in premissa di. cum Hosti. z Gof. nisi q in primo membro scilicet quā do quis promouetur precibus suis sic distin/guunt scilicet q quis pro se petere non potest ecclesiam: vel dignitatem: vel beneficium ali/qd habens annexam curam animarum. Ad hoc. ar. 8. q. i. in scripturis. z. i. q. i. ordinatiōes z extra de iurepatro. per nostras Beneficiū vero simplex si indigeat z dignum se sentiat: petere potest sine metu simonie z pacto: extra .e. ad aures. Si vero sit indignus. vel etiam nō indigens peccat: vt dicitur ibidem. z. i. q. z. clericos. Et dicitur hic beneficiū simplex il/lud: qd est sine cura animarum: vel dignitate. Rod. vero dicit: q hec opi. videtur dura. Vn/de credit q aliquis pro se petere posset nisi sit indignus beneficium habens curā animarū annexam. exemplo. Isa. qui dicit. Ecce ego mitte me. Credit etiā q ex quo qs ē promo/tus ad ordines sacros: cum huiusmodi ordia tio requirat ecclesiasticū titulum: petere pos/sit ecclīasticū bñficium: lz abundet in tpalib⁹.

Et iura: que Ray. inducit loquuntur contra statum ecclesie primitiue: quando redditus erant exiles et distruebantur de facultatibus ecclesie: prout opus erat cuique.

Sequitur de 4° scilicet qua pena simoniaci feriantur. Circa quod sic nota secundum Hosti. quod simoniaci puniuntur et a iure et a iudice. A iure enim puniuntur ipso facto Qui enim fuerit ordinatus simoniace ipso facto est suspensus: etiam quantumcumque sit occultus. secundum Ray. Hosti. Gof. et Ber. extra. eo. accusant. et Innoc. super. c. extra. e. tanta. et quo ad se vt scilicet de sui ordinis executione se non intromittat. et quo ad alios vt scilicet nullus ei in executione ordinis communicet: siue peccatum eius sit publicum: vel occultum: ex eo. tanta. Ubi etiam dicit in aggrauationem criminis simonie: quod omnis peccator potest missam celebrare preter simoniacum. Omnis inquam peccator: subaudi non precisus toleratus penitens potest etc. Sic subaudiri debet secundum Gof. Hosti. et Ber. ibidem. Per hoc quod dicitur non precisus scilicet ab ecclesia per sententiam excommunicationis iudicis: vel canonis tollitur obiectio de excommunicatis et suspensis que excludunt a participatione sacramentorum Per hoc vero. quod dicitur penitens: tollitur obiectio de eo: qui est in mortali: qui suspensus est quo ad se. i. q. i. sacerdotes. Hoc tamen locum non habet vt dicit Gof. in enormibus etiam occultis. nec in mediocribus notorijs de iure: vel de facto. Huiusmodi enim crimina post peractam penitentiam impediunt executionem ordinis et quo ad se et quo ad alios: vt extra de temp. ordi. c. fi. et de renunc. nisi cum pridem. Unde Gof. sic supplet. Omnis peccator non precisus toleratus et penitens potest celebrare missam preter simoniacum: et preter alios delinquentes enormiter etiam occulte: vel mediocriter notorie. Alias etiam expositiones illius verbi ponit glosa Ber. Nec obstat predictis illud extra. e. ex tue. fraternitatis. vbi dicitur: quod non est tutum simoniacum coherceре in ordine ab offi°: quia illud itelligitur quando crimen est occultum: ita quod prelatus non scit illud nisi per confessionem: et ideo non potest eum prohibere: quando de facto officium exequatur: vt extra de offi. ordi. si sacerdotes.

Dam. vero dixit quod simoniacus in ordine occultus est suspensus quo ad se tantum: notorius vero quo ad se et quo ad alios. et quod. c. ex tue. loquitur de occulto. et. c. tanta loquitur de notorio. Sed secundum Hostien. melius est dicere cum doctoribus alijs illud quod dictum est prius scilicet quod etiam occultus est suspensus quo ad alios: quia talis habet characterem furtiuum scilicet large: quia non intrauit per hostium. secundum quod dicitur Jo. io. Qui non intrat etc. et i q. i. ordinationes. et ordo inde ortus cecidit: vt i. q. i. quibusdam narrantibus. et extra. e. accusatum. quotiens. Hoc intellige quo ad executionem de iure. Et secundum Innoc. super. c. per tuas. z. talis intelligitur esse suspensus ab actibus omnium ordinum: non tantum ordinis simoniace recepti: et per consequens administrationem in temporalibus perdit. dist. Si eos etiam qui. Et idem dicit de simoniaco in beneficio notorio. Si vero aliquis sit simoniacus: quia ordinem: vel beneficium contulit simoniace. Uel quia beneficium recipit simoniace. Uel quia fuit mediator simonie: si sit occultum suspensus est ipso iure: quo ad se: sicut et quilibet criminosus alius: non autem quo ad alios: ar. extra. e. et si questiones. veniens. ex tue. Si vero sit publicum siue notorium est ipso iure suspensus: quo ad se et ad alios: extra. e. accusatum. quotiens. et dist. 32. §. verum Hec secundum Ray. Gof. vero distinguit de eo qui receperit beneficium simoniace: et hoc est occultum si sit simplex beneficium suspensus est quo ad se tantum. Si vero sit dignitas que requirat ordinem certum: suspensus est quo ad se et ad alios. Unde quicquid gerendo dignitatis officium facit: suspensus agit: et animas subditorum decipit. Et idem dicit de beneficio curam animarum habente: quia de his duobus idem debet haberi iudicium: vt extra de elec. dudum. retho. et de eta. c. i. et extra. de fi. p. c. fi. Hec Gof. et ei consentit Hosti. Innoc. autem extra. e. super. c. per tuas. z. de simoniaco occulto in beneficio notat: quod talis licet non sit suspensus ipso iure: tamen ratione beneficij simoniace quesiti non ministrabit sine peccato: nec temporaliter nec spiritualiter: puta conferendo ordines si emit episcopatum: vel dignitatem episcopalem. Ab alijs tamen beneficijs: que non simoniace quesiuit suspensus non erit. Sed que est simonia occulta? Rndet Rob. quod hec est illa de qua non constat per sententiam: vel confessionem in iure factam: nec per rei euidentiam: que nulla possit tergiuersatione celari. Sed nunquid clericus publicus simoniacus est ipso facto excommunicatus? Uidetur quod sic. i. q. i. reperiuntur. vbi dicitur: quod quicumque pro spirituali dignitate munus aliquod detectus fuerit obtulisse ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum: atque a participatione corporis et sanguinis xpi alienum: ex quo constat illum hoc perpetrasse. Et ad idem dicitur ibidem. c. quicumque sacros. et. c. placuit.

Sed dic q̄ talis non est proprie excommunicatus: quia in.c. reperiuntur ſm glo. anathema non significat excōmunicationem: ſ; separationē a corpore ꝛ sanguine xp̄i. Unde subdit ibi. Atq; pro ꝛc. Q̄d enim generalit̄ p q̄libet mortali intelligitur: hic spāliter in detestationem huius dicit̄. Postea tñ excōmunicandus est: si eius contumacia hoc requirat. Et nota q̄ hec determinatio: ex quo si determinet hoc verbum constat: tunc talis demum suspensus erit: ex quo eum simoniacum esse cōstabit. Et hoc dixit Martinus hyspanus. Si vero determinet hoc verbum perpetrasse ſm hoc etiā occultus simoniacus est suspensus. Hoc notat̄ i glo. predicta. In glo. vero illius. c. qui studet. eiusdem q̄ōnis dicitur: q̄ qui est simoniacus ī accepto ordine non debet ante penitentiā ecclesiam intrare. Sed Jo. theutonicus dic̄: q̄ quilibet peccator etiam excommunicatus intrare potest ecclesiā; vt oret: dūmodo diuinis officijs non intersit: quia hoc non inuenit̄ phibitum. Puniuntur etiam simoniaci a iudice. Nam ſm Ray. ꝛ Gof. simoniacus in ordine qualitercunq; hoc iudici constiterit: siue per modum accusationis siue inquisitionis siue denunciationis deponitur ꝛ fit infamis. De primo extra de accu. super his. De 2° ibidem. inquisitionis. De 3°. i. q. i. si quis neq;. ꝛ ea. q. 7. requiritis. Hec Ray. ꝛ Gof. Simoniaci enim sunt infames. i. q. 3. c. vlt. Et hec ē talis infamia: q̄ talis admitti nō debet ad aliquod beneficium ecclesiasticum: nisi cū; eo p principem dispensetur. Tamen quo ad deū; peracta penitētia tollitur: ar. 2. q. 3. §. hic colligitur. Hoc Ber. extra. e. ex diligenti. in glo. penul. Rod. autem dicit: q̄ nō credit q̄ sequi debeat depositio: vel infamia quando simonia in modum denunciatiōis probatur: quia tūc ad solam penitentiam agitur. Simoniac⁹ aūt in beneficio ꝛ dignitate ſm Gof. conuict⁹ per accusationem deponitur ab ordine ꝛ a beneficio. Per inquisitionem vero amouetur ab administratione: extra de elec. per inquisitione; Idem fit quando per denunciatione;. Et ratio est: quia non posset agi penitentia: illud vl̄ illa retinendo. di. i;. nerui. Hostien. autem distinguit sic scilicet q̄ si queratur de crimine p modum accusationis: ꝛ is qui accusatur est īfamatus debet eum iudex ad tempus suspendere ab ordinis executione: quousq; didicerit an verum sit illud de quo accusatur: vt extra. e. accusatum. ꝛ c. quotiens. Et idem sētit ibidem Ber. Dicit enim q̄ hec duo capitula debent intelligi d̄ publice infamato. Alias non debet suspendi ſm eum. 2. q. 5. presul. ꝛ. §. si

Talis enim cū; sit suspēsus ipso iure: vt dictū est. s. suspendetur de facto a iudice. Et idē fit ſm Hosti. si sit occultus ex quo habentur indicia certa. Et sic intelligi potest illud: extra. e. sicut simoniaca. Et si accusator suam intentionem probauerit: siue per confessionem: siue per testes: quia non refert dūmodo sufficient̄ clareat. i. probetur: debet deponi. Et sic intelligi potest. c. sicut simoniaca. ꝛ. i. q. i. presbyter. ꝛ. i. q. 3. c. fi. Si autem per modum inquisitionis aut is contra quem inquiritur est secularis: aut regularis. Si secularis est qui beneficium simoniace acquisiuit: vel ordinem: aut acq̄siuit illud ignoranter: ꝛ tunc renunciare cogitur: sed non deponitur: vt extra. e. ex insinuatione. Aut scienter: ꝛ tunc depōitur: extra d̄ accusa. inquisitionis. Et idem sētit Ber. extra eo. de hoc. Et idem erit si regularis sit simōiacus in ordine: ar. extra. e. per tuas. 3. Si vero ī beneficio ꝛ ignoranter: renunciare tenetur: ꝛ de nouo recipietur loco priori mutato: ꝛ inferiori sibi assignato: vel ipso in alio loco eiusdē ordinis collocato: vt extra de regularibus ī fine. Tamen dantes ꝛ recipientes sunt pena canonica feriendi: extra. e. sicut tuis. §. penul. ꝛ finali. Sed quid si resignent q: restitui sperant: alias non resignarent: ꝛ sic iterum recipiuntur? R̄ndet Rod. q̄ sic recepti possūt remanere si conditio: vel pactio non interuenit ita tamen q̄ peniteat eos de corrupta intentione. Si vero regulares scienter promoti sunt simoniace ad consortium regulare: pena d̄positionis puniuntur. Recepti tamen ꝯ cōciliu; generale de mōasterio quod taliter adepti sūt remouēt̄: ꝛ alijs monasterijs strictioris regule intruduntur. In his vero qui recepti sunt ante concilium generale: misericorditer dispensatur: vt in alijs locis eiusdem ordis collocent̄. Uel si pre nimia multitudine nō posset hoc fieri: permittitur vt in eodem mōasterio post liberam resignationem remaneant: primis sedibus mutatis: ꝛ inferioribus assiḡtis. Secundum hoc intellige illud extra. eo. de regularibus. responso. i. ꝛ concilium generale quoniam simoniaca. Hec ſm Hostien. Secundum autem Ber. super hoc. c. quoniā;. standum est hodie isti constitutioni: quoniam est contra regulares simoniacos: qualit̄cunq; de crimine constet: vt scilicet sine executione ordinis ad penitentiam agendam retrudantur in monasterio artiori: cū; alias penitentiam agere non possint: ar. i. q. 7. req̄rit; ꝛ ex̄ de accu. inq̄sitionis. Et tūc sat; ītelligūt̄ depositi. Nā extra claustrū morari nō debēt: ne dānabiliter euagētur: vt d̄r in. d. c. qm̄. ar^m

extra de regularibus. c. finali. Sed quid fieret in casu precedenti si non inueniretur arctior ordo? Credit Ray. cum Jo. et Ber. sup illud. c. quoniam. quod post renunciationem mutari debeat in aliud monasterium: vel locum eiusdem ordinis. Quod si fieri non potest commode fiat saltem ad tempus: ar. dis. 81. valet. et postea eligatur de nouo vt. s. Et idem fiat secundum Ber. si nec potest ad tempus commode mutari: et hoc maxime vbi agitur de penitentia. Nota quod Ray. intelligit rigorem supradictum esse seruandum de simoniacis occultis: et in foro penitentiali: licet non constet de crimine in foro iudiciali. Quod etiam credit Rod. per illam decretalem: quoniam simoniaca: que non loquitur de inquisitione: licet quidam dicant: quod ille rigor seruari non debet: nisi de crimine in foro iudiciali constet: ar. extra. e. dilectus filius vbi loquitur de inquisitione. Sic etiam cum receptis citra: aliquando per papam dispensatur. Et quod dictum est de monachis etiam ad abbates extenditur. Non coguntur tamen renunciare monachi spiritualibus: nec abbates temporalibus hincinde acquisitis: nullo pacto precedente: sed sola intentione: vt dictum est supra. Sed quare secularis conuictus per modum inquisitionis degradatur: et non regularis? Rndet Hostien. quod ratio huius est: quia in inquisitione secularis subtilitas iuris requiritur: et ideo in huiusmodi criminibus exceptis de stricto iure pronunciantur: sed in inquisitione regularis de plano proceditur: et ideo de plano punitur. Quid si monasterium non abundat: sed est tenue et depressum paupertate nimia: Nunquid pecunia dari potest et recipi sine vicio simonie? Rx° secundum Gof. Hostien. Ray. et Ber. extra. e. non satis. et. c. quoniam simoniaca. In tali casu concedi pot: quod possint hec verba dicere illi qui sunt de conuentu volenti intrare. Nos libenter et gratis recipimus te ad nostrum consortium spuale: sed cum bona nostra non sufficiant nobis et tibi: porta tecum vnde possis viuere. Vel sic. Prouideas tibi vnde viuas. Dum tamen hec non dicant in fraudem: et dicant sine pacto. Tunc enim si intrans confert aliqua bona temporalia non committitur simonia: ar. est secundum Ber. i. q. 2. quam pio. si quis propter hoc. Tho. autem dixit in sum. quod pro ingressu monasterij non licet aliquid recipere: vel exigere quasi precium hoc pro victu persone recipiende licet recipere aliquid si non sufficiant ad hoc opes monasterij. Similiter etiam licitum est quod aliquis propter deuotionem: quam ostendit monasterio largas elemosynas faciendo facilius in monasterio recipiatur: sicut etiam licitum est econuerso prouocare aliquem ad deuotionem monasterij per temporalia beneficia: vt per hoc inclinetur ad ingressum monasterij. licet non sit licitum ex pacto aliquid dare: vel accipere pro ingressu monasterij. i. q. 2. quam pio. Rod. vero dicit quod etiam pacisci in talibus quando monasterium est indigens non est simoniacum: dum tamen non fiat pro spiritualibus conferendis: vel recipiendis: sed pro expensis faciendis: vel recompensandis. Unde credit quod licet exprimere nomina et quantitatem numeri oblatorum. Sententia prior est tutior: quam hec vltima: quia magis conuenit cum verbis tam iurium quam doctorum vt patet si quis ea consideret. Non obstat autem predictis: extra. e. quoniam simoniaca. vbi dicitur. Paupertatis pretextu volentes huiusmodi vicium palliare. Hoc enim intelligitur secundum Gof. et Hostien. quando non sic caute proceditur: immo recipientes faciunt pactum et forum certum: et cum sic commiserint: nituntur pretextu paupertatis se excusare: sed ex hoc pretextu non parcitur delinquenti: extra de diuor. ex litteris. Secundum autem Ray. et Ber. hoc intelligitur: cum hoc dicebant in fraudem.

Unde consulendum est ingredientibus quod intendant dare principaliter propter deum: et ne sint domui onerosi: ar. optimum. 16. q. 6. de lapsis. Nec obstat quod etiam a furto necessitas nimie famis excusat. de conse. di. 5. discipulos. quia tunc sunt omnia communia. Sed si non sit tanta necessitas non excusat in totum: extra de furtis. si quis per necessitatem. Quid de monasterio vbi nullum pactum imponitur: est tamen taxatum quantum puella intrans debet dare? Rndeo secundum Hostien. Talis taxatio reprobatur: extra. e. sic pro certo. et. c. intantum. in fine. Ideo si pactum interponatur in tali consuetudine seruanda est simoniaca: extra. e. veniens. et. c. intantum. §. cum vero expressius. Idem est si gratis recipiatur: et postea consuetudinem seruare cogatur: extra. e. audiuimus. et. c. iacobus. Si autem omni contentione et omni coactione cessante: illud quod est consuetum gratis detur: simonia non committitur quoad ecclesiam: licet committatur quoad deum. Et hoc est expressum: extra. e. c. fi. et habitum est. s. Sed nunquid posset super hoc aliquod remedium adhiberi? Respondeo: quod sic secundum Hostien. s. vt moniales puellam gratis et spiritualiter recipiant. Et si ita pauperes sunt: quod ei non possint in necessarijs prouidere: agant contra patrem ad dandum alimenta: ad que tenetur: vt dicet. i. tractatu de matrimonio. Vel si est mortuus agat ad partem hereditatis sue: vt in auc. de sanctis. epis. §. nullam. penult. col. 9. Pone quod aliquis timens pati repulsam dixerit abbati: si velletis

recipere me darem vobis terram meam. Abbas vero habito consilio cum fratribus recipit eum ignarum iuris et eorum que dixit abbas in capitulo. Ille autem postea antequam induatur dat res suas totas: vel partem monasterio. Nunquid est simonia: et potest talis ibi remanere? Respondet Rob. quod sive intuitu illius promissionis fuerit receptus: sive non: simonia est ex parte saltem offerentis: cum interposuerit conditionem dandi temporalia pro sua receptione: sicut innuit cano. extra. e. nobis. Nec potest iste remanere in huiusmodi monasterio: nec data repetere: cum sit in turpi causa. Tenetur tamen ad aliud monasterium transire: si ex illa sua receptione obligatus fuit ad religionem: vt puta si dedit se: et receptus fuit in monachum et fratrem: quia hec est quedam professio: ar. extra de regu. et trans. ad reli. porrectum. Quid si expressa fuit conditio de temporalibus habendis ex parte recipientium: et recipiendus omnino tacuit proponens quod non daret: sed tantum propter deum ingrederetur? Nunquid potest ibi remanere? Respondet Rob. quod non. sicut nec in precedenti casu: quia taciturnitas eius cum non contradixerit illicite pactioni: pro consensu habenda est: etiam in foro penitentiali: si propter hoc tacuit: quia timebat repulsam si contradiceret. Quid si interponatur conditio ex parte recipiendi: vel ex parte abbatis: sed antequam recipiatur: et antequam ingrediatur penitent vtrunque de conditione apposita: et eam revocant: et iste petit recipi propter deum tantum: et illi consentiunt? Nunquid licet? Respondet Rob. quod sic: dum tamen intentio non sit corrupta. Si autem iam receptus fuisset: et ingressus illud monasterium: ante revocationem huiusmodi conditionis: eo ipso indignum illo monasterio se fecisset. Quid de regularibus qui concedunt alicui quod completo biennio recipient eum: si tamen didicerit artem sutoriam: vel pistoriam: vel aliam mechanicam quando est laicus: vel quando est clericus si interim studuerit in scholis theologie: vel alterius facultatis? Quid erit si recipiant talem sub predicta conditione. Nec tamen volunt recipere eum ad habitum: nisi elapso termino et impleta conditione. Item quid de serviente regularibus: qui non vult servire eis: nisi promittant ei quod recipiant eum saltem post triennium: vel alium certum terminum et illi promittunt ei? Nunquid simonia est in talibus? Respondet Rob. quod in casu vltimo est simoniaca talis promissio. In reliquis autem casibus supra positis non credit committi simoniam. Nec est illicita huiusmodi pactio: vel

conventio: quia pium est: ac si dicatur: te recipiemus tali tempore: vel tali: si tamen: vel dum tamen interim reddas te idoneum: ad hoc vt recipiaris: et vtilem monasterio addiscendo tale artificium vel tale: vel scientiam talem vel talem. Quid de eo cui facta est promissio de recipiendo ipsum ad certum terminum sub predicta conditione? Nunquid adveniente termino et impleta conditione tenetur intrare: cum illi parati sunt eum recipere? Rob. dicit quod si nullum fecit votum: nec se obligavit illis ad intrandum: sed promissionem termini sibi factam acceptavit volens sibi providere in futurum: non tenetur intrare secundum iudicium fori penitentialis. In foro autem causarum de hoc iudicabitur secundum presumptiones et allegata et probata. Sed et episcopus qui recipit promissionem: vel iuramentum ab ordinando: quod eum non inquietabit super petendo titulo: et presentandus qui simile pactum recipit puniuntur. Vterque enim scilicet episcopus in ordinatione: et presentans in presentatione tenetur ordinato titulum assignare: extra de preben. episcopi. Ideo vterque punitur. Nam presentator ipso iure suspensus est per triennium ab executione ordinum: ordinator vero: et ordinatus suspensi sunt sine prefinitione temporis a collatione et executione ordinis: sic suscepti: donec gratiam sedis apostolice mereantur: extra. e. si quis ordinaverit. Greg. Et debet intelligi secundum Hosti. hec decretal. in foro penitentiali: non iudiciali. q. d. Caveant sibi ordinator et ordinatus et presentator tale pactum interponentes et recipientes: quia licet occultum sit et probari non possit: penam tamen istam ipso facto a canone patiuntur: et sic ipso iure suspenduntur. Sed contra. Idem est remittere: quod dare: extra de testis veniens. Sed iste. s. presentatus: vel ordinatus remisit ius quod sibi competebat contra presentatorem vel ordinatorem de promissione facienda sibi. ergo videtur quod deberent non tamen suspendi: sed etiam deponi: vt extra. e. de hoc: Respondet Ber. extra. e. si quis quod talis nihil remittit: quia nihil adhuc sibi debetur: sed renunciat iuri: quod acquireret si presentaretur debito modo. Sed in. c. veniens remittitur quod in presenti debetur. Et si iste sic remitteret: tam ipse quam recipiens deponerentur si convincerentur: ar. extra de hoc. et in. c. insinuatum. Et ideo minor pena imponitur. Et hoc intellige si crimen sit occultum. Si vero crimen esset manifestum semper esset suspensi Et si accusaretur de tali promissione: vel iuramento deponeretur. Hoc Ber. Si autem crimen probari non possit indicitur purgatio infamato: in qua si deficiat punitur tanquam convictus extra. e. de hoc. et. e. c. insinuatum. Pone quod aliquis non habeat titulum et vult ordinari: episcopus vero non vult eum ordinare: quia caret titulo: rogat autem aliquem presbyterum

vt pñtet eum ad ecclesie sue titulum: qd ille facere renuit: ⁊ iste promittit sibi q̄ si eum pñtet nūquam portionem aliquam de ecclesia sua petet: ⁊ sic illo pñtante ordinatur ille. Nunquid ibi committitur simōia? Rñdet Ray. q̄ talis nisi fuerit cum eo misericorditer dispensatum: nec ad ordines superiores ascendere: nec in suscepto taliter ordine debet fm rigorem canonis ministrare: extra. e. per tuas. ⁊. Nec etiam excusatur per ignorantiam iuris scilicet si non credebat hoc licitum esse: vt dicitur ibidem. Sed quis cum eo dispensabit? Credit Ray. cum Jo. q̄ solus papa. Et est simoniacus in ordine. Ordinator autē a collatione ordinum: ⁊ pñtator ab executione per triennium se nouerint suspensos. extra. e. si quis ordinauerit. Secundum Rob. autē potest cum eo episcopus dispensare: vt ministret i ordibus ante rite susceptis. Sed nūquid licet simoniaco beneficium dimittere sine licentia superioris? Rndet Ber. extra. e. d regularibus: q̄ de regularibus tenendum est qd dicitur extra. e. quoniam. ⁊ habitum est. s̄ Episcopi vero renunciare non possunt sine licentia pape. Inferiores vero renuncient i manibus suorum prelatorum: ar. extra de renunciationibus. nisi. §. i. ⁊. c. admōet. Et si nollēt recipere: nihilominus debent cedere: quia nō dimittitur peccatum nisi restituatur ablatū. 14. q. 6. si res. Pone q̄ papa sit per simoniā electus: ⁊ probata sit simonia: nunquid ipse d ponetur? Rndeo q̄ non: ar. 2. q. 4. interrogatum. Nec obstat illud di. 79. si quis pecunia. vbi dicitur: q̄ ille qui est in papam simoniace electus non hētur apostolicus: quia loquit̄ de illo qui non a cardialibus: sed ab alijs eligendi potestatem non habentibus est electus Hoc notatur in glo. c. si quis pecunia. Nihilominus tamen cardinales possent accusari de simonia: vt di. 79. si trāsitus: vt etiā notatur i glo. predicta. Sed nunquid papa potest cōmittere simoniam? Rndet Tho. q̄ sic: ⁊ tanto gui⁹ q̄̄to i altiori gradu consistit. Res enim ecclesie non sunt eius: vt domini: sed vt dispē satoris. Unde si pro aliqua re spirituali reciperet aliquā pecuniam d redditibus ecclesie simoniacus esset. Et idem est si reciperet pecuniam ab aliquo laico: vt de rebus ecclesie.

Equitur videre de 5ᵒ. s. d restitutiōe simoniace acceptorum. Circa qd sciendum: q̄ recipiens beneficium simoniace tenetur renunciare ⁊ restituere omnes fructus perceptos: ⁊ qui recipi potuissent. s. a possessore sufficienter diligenti. 14. q. 6. si res aliena. ⁊ extra de restitu. spo. grauis. Hoc verū est eo sciente ⁊ consentiente simonia cōmissa fuit: vel si statim cum sciuit non renūciauit: ex̄ e. sicut tuis. circa finem. Nam si esset bone fidei possessor: quia eo nesciente simonia commissa fuit: ⁊ cum sciuit statim renunciauit: nō de consūptis: sed tantū de restantibus teneretur. C. de rei. vendi. certum. Generaliter eniā possidēs sine titulo tenetur ad omia damna ⁊ lucra percepta ⁊ percipienda. ff. d rei vendi. si nauis. §. generaliter. Et dicitur hic titulus iustum initium: vel iusta causa possidendi: vt emptio. venditio: donatio ⁊ similia. Idem ē si titulum habeat talem: q̄ pro non titulo sit habendus: vt si contra legū interdicta sit mercatus. C. de agri. ⁊ censi. l. quēadmodū. Hoc autem intellige de fructibus: qui supersunt d ductis expensis: que fiūt gratia querēdi: fuādi: ⁊ congregandi. fructus. Hec enim deducūtur tam a bone fidei possessore: q̄ā a male fidei possessore. ff. de peti. hē. si a patre. §. vlt. Hoc etiam intellige de fructibus: quos non expendit in seruitium: ⁊ vtilitatem ecclesie: sed i alios vsus: ar. ff. d ne. ge. si. pupilli. §. sed ⁊ si quis

Sed cui restituet pecūia: vel possessio simōiace acepta? Rndeo fm Guil. nasoñ. Ubi totum capitulum reliquit restitui debet ei q̄ d dit. Sic intelligitur illud: extra. e. veniens. Si autem vnus: vel duo: vel aliquis extrane⁹ reliquit debet dari ecclesie in cuius iniuriam data fuit. Sic intelligit illud extra. e. de hoc. Sed fm Tanc. si ille qui pecuniam dedit in seculo remanere velit non restituetur sibi: q2 idignū se ea fecit: q2 turpiter dedit. 14. q. 5. ñ sane: sed ecclesie vt. s̄. Si vero religionem intrare velit: vel iam intrauit debet ei restitui: ne sit onerosus mōasterio ad qd trāsit. Et huius sententie est etiā Hosti. ⁊ Ray. Dicit ēt Hosti. in glo. super. c. de hoc q̄ idem iuris videtur si adeo sit pauper: q̄ non habeat vnde viuat. Secus est si sibi sufficiat. Dicit etiā ibidem: q̄ si dans errauit in iure subuenietur ei ⁊ restituetur: extra. e. veniens. Addit autem. Ray. ⁊ conuenit cum eo Ber. extra. e. de hoc. in fi. vlt. glo. q̄ quando transit de illo monasterio qd simoniace intrauerat ad aliud monasterium: debet ei reddi pecunia simpliciter ⁊ possessiones saltem quo ad vsufructum illi monasterio ad qd transit: vt sic habet onus ita habeat emolumentum. Et sic loquitur i contrarium. simile. 16. q. 6. de lapsis. ⁊. 27. q. i. si quis rapuerit. Et ille vsufructus statim eo mortuo erit finitus: ⁊ redibit ad primum monasterium. Sed quid fiet si abbas ⁊ totum collegium sunt in culpa? Respondet Rob. ⁊ Thomas. quod si fuerit data pecunia: non

debet remanere penes monasteriū: q2 se fecit indignum illa: sed sm dispōnē superioris est pauperibus: vel alteri monasterio danda. Si vero possessio fuit data: debet similiter auctoritate superioris alteri mōasterio dari: vel ei⁹ precium pauperibus erogari. Si autem non fuit in culpa totum collegium: sed solus abbas: vel aliquis de collegio delictum persone non debet redundare in dannum ecclesie: vel monasterij. Unde potest illud qd fuit datum remanere penes monasterium illud: preserti cum in eius iniuriam fuerit acceptum. Ita tñ q quantum potest fieri commode illi qui fuerūt in culpa inde non habeant commodum.
Quid si aliquis clericus secularis dedit pecuniam episcopo pro se beneficiando: vel ordinādo. Cui restituetur pecunia sic recepta? Rndet Rob. q si dedit eam pro habendo beneficio: refundi debet in vtilitatem ecclesie: vel prebende: quam sic habuit: ipso amoto a beneficio illo: nisi forte pro ipso habendo pecuniam dedisset alicui seculari collegio. Tunc enim debēt fieri de illa: sicut dictum est. s. de pecunia abbati et monachis data. Si autem dedit eaz pro ordine habendo: et ipse non habebat beneficium ecclesiasticū illa pecunia debet dari illi ecclesie catedrali in cuius ignominiā fuit accepta. Si autem habebat beneficium: ad cui⁹ titulum gratis ordinari debebat: aut si dedit pecuniam pro aliquo beneficio obtinendo ab episcopo: vel alio prelato ecclesiastico cum facta sit iniuria: et ecclesie illius prelati: et ecclesie: vel prebende sic acquisite: pecunia debet cedere partim in vsum huius ecclesie: et partim in vsum illius. Quid si quis ecclesie: vel monasterio bona sua simpliciter offerat sine pacto: hac tamen intentione scilicet vt per bōa temporalia adipisci possit spiritualia non daturus aliter illa: nec etiā aliter clerici: vel monachi reciperent eum? Nunquid receptio talis erit simoniaca: et nūquid taliter accepta erunt restituenda? Rndeo. Tam ille q illi simoniaci: quia sola voluntate committitur simonia: vt dictum est. s. circa principium hui⁹ tituli: et sz Ray. Nec ille sic receptus tenet renunciare: nec sic recipiētes taliter accepta tenentur cuiq restituere: quia huiusmodi simonia mentalis: alias per condignam penitentiam expiatur: extra. e. mandato. Nota sm aliquos quando recipitur pecunia cum iniuria plurium restitui debet ei: qui potior erat i re data post dantem. Et sic si aliqui alliciant aliquem per auariciaz et fraudem: vt itret monasterium: vt habeant inde magnam pecuniam: licet in iniuriam mōasterij sit recepta: tñ quia heredes in hoc defraudantur: qui potiores erāt p⁹ illū oz eis reddi. Sic itelligūt illud 20. q. 3. constituit. Ad h nota: q pla t⁹ extorquēs aliqd ab ecclia p simoiā: reddē oz dupli catū: ex. e. audiuim⁹. Extorquēs vo p ocussionē reddē oz qdruplicatū. i. q. i. ocussionis. Cōcutē āt dr q ptextu officij sibi omissi extorquet aliqd ab iuito oniādo. 23. q. i. militāc. Hec supͣ dicta sēt de pena clericoꝝ. Laici aūt dbēt excōicari. i. q. i. reperiūt. si quis epo.

Sequitur videre de 6⁰ scilicet que dispensatio et per quos circa simōiā adhibeatur. Circa qd distinguendu3 est: vtrum quis sit simoniace promot⁹ et simoniacus: vel simoniace promotus: et non simoniacus: et vtrum committatur simōia in ordine: vel beneficio. Simoniace promotus: et nō simoniacus est quis: quādo aliquo pro eo pecuniam dante: vel promittente: ipso tamen ignorante: nec postea cum ad eius noticiaz puenerit ratum habente est ordinatus: vel beneficiatus. Simōiace vero promotus et simoniacus est quis quando ipse: vel alius pro eo sciente: vel postea ratum habente est ordinatus: vel beneficiatus. Cum promoto igitur simoniace et simoniaco in ordine: episcopus dispensare non potest: extra. e. nobis in fi. sed solus papa: extra. e. si quis. in tex. et glo. et de renunc. post transactionem. in. glo. 6. Sz nunquid papa potest dispensare cum tali: nisi renunciet ordini male recepto? Et vdetur q nō quia simoniacus furi comparatur. i. q. i. ordinationes. et vicium furti non purgatur: nisi in potestatem domini reuertatur. i4. q. 6. si res aliena. Sed dicendum: q bene potest dispensare: quia vicium furti potest purgari: re etiaz apud furē rēanēte. ff. d. vsur et vsuc. si fur. Ho⁹ notatur in glo. illius. c. ordiatiōes. Quid si de pecunia simoniaca fundata sit ecclesia? Rndetur. i. q. i. non est putanda. in glo. q nō demolietur. 24. q. 3. comperimus. et. iz. q. z. aux. Quid si d pecūia simōiaca emat qs vineam? Nunquid de fructu eius facere poterit elimosynam? Rndet ibi glo. predicta q non: quia eodem iure censetur cum pecunia: cum fructus loco pecunie succedant: ar^m ex de vsur]. cum tu. in fi. Cum simōiace vero ordinato non simōiaco potest episcopus dispensare. i. q. i latorem pñtium. et. i. q. i. pñtiu3: et ex e. de simoniaco. i tex. et glosa. Et hoc sm Ray. Gof. et Ber. ibidem. si postq sciuerit se simoniace ordinatum: renunciet prius simpliciter et pure executioni ordinis sic suscepti. Ad hoc enim tenetur extra de elec. si alicuius. i. q. 5. quicunq3. in prin⁰. et extra. e. ex isinuatiōe.

Quod enim dicunt hec iura & similia in beneficio & dignitate putant habere locum & in ordine. Si dicatur q talis nō habet executionē & nullus renunciare potest ei qđ non habet: respōdet Gof. q potest renunciare quātum est in eo offerendo se perpetuo depōni: vt di. zi. nūc autem. Secundum autem Hosti. cum tali simoniace ordinato non simoniaco potest forte si crimen sit occultum episcopus dispensare: ar. extra. e. de simonia. Cum promoto vo simoniace ad aliquam religionem non simoniaco: fm aliquos potest episcopus dispensare: ar. extra eo. de regularibus. Secūdū alios vero indistincte standum est illi: extra. e. qm̄. Prime opiniōis videtur esse Ray. Immo fm eum cum tali potest dispensare: non tm̄ eps: sed etiam alius prelatus eius: vel caplm: dum tamen ipsi non fuerint participes simonie. Tunc enim cum propter hoc debeant puniri: extra. e. dilectus. non debent ex eodem facto puilegio gaudere: sed potius videntur potestatem eligendi amisisse: & alij q nō peccauerunt acquisiuisse: extra đ elec. bone me. Sed nūquid cum eo qui per alienam simoniam religionem intrauit: vel beneficium: vel ordinem obtinuit: nec statim cum sciuit renunciauit: sed in ordine suscepto ministrauit: & ordinez alium recepit episcopus dispensabit? Credit Rođ. q hoc episcopus possit: q2 talis non est simoniacus licet in hoc grauiter deliquerit. Non tamen de abbate: vel caplo credit: q circa ordinem dispensare possit: quia hoc eis concessum esse nō recolit. De simoniace vero promoto non simoniaco ab beneficium distinguunt sic Hostien. in summa. & Ray. & Ber. ex̄ de renūc. post trāslationem in glo. z. s. q si beneficium illud erat simplex: tunc post liberaz eius resignatiōem: potest illud recuperare ex dispensatione episcopi: vel capli cum consēsu episcopi: extra. e. ex isinuatione. & de elec. si alicuius. in fine. Vel potest dici fm glo. illius. c. ex insinuatione. q captiulum non dispensat: sed eligit talem per dispensationem episcopi quia episcopus cum eo dispensat de consilio capituli. i. q. 5. pn̄tium. Et dicit Rođ. q h̄ dicitur simplex beneficium: qđ est sine prelatione dignitatis. Aliquando eni dicitur simplex beneficium: qđ non habet curam animarum annexam: vt supra in ar. 3. §. circa autem munus a lingua. Unde dicit: q de ecclesia habente huiusmodi curam animarum annexam: sine prelatione dignitatis: potest episcopus i h̄ casu dispensare. Sed quid si ei dignitas sit annexa? Dicit q non potest: ar. extra de prebē. c. vlt. Si autem erat prelatio: vel dignitas: h̄ distingue scilicet q si ad episcopum sine aliq̄ accusatione venerit: & proprio motu renūciauerit: humiliter postulans. vt eius renunciaᵒ admittatur: facta renunciatiōe recupare poterit eam ex dispensatione episcopi sui: si tam̄ vtilitas: vel necessitas ecclesie hoc reqrat. ar. i. q. 5. pn̄tium. & c. quicunq3. circa principium. & ar. extra de elec. si alicuius, a contrario sēsu. Si vero in iudicio contenderit: vel vocatᵒ fuerit: & timore probationum in iudicio cōfessus fuerit: non potest episcopus illa vice: vel in illa vocatione cū eo dispensare: sed pōt alia vice: vt ar. extra. e. nob. §. i. & extra de elec. si alicuius. in prin. Et fm hoc intellige illud. i. q. i. erga. &. i. q. 5. pn̄tium. & alia similia. Hoc autē dicit Rođ. esse verum: quando aliquis est electus ad prelationem vel dignitatem per collegium: sed si eligeretur per regem: vel p aliquez iuspatronatus habentem: credit q episcopus dispensare posset q post resignationem iteruz eligeretur. Et idem dicit si non constaret de simonia: nisi per confessionem occultam: in foro penitentiali factam ante confirmationem electionis. Vel dic breuius etiam fm hosti. q in simplici beneficio dispensat episcopus cum capitulo cum causa & sine causa: dum tamē h̄ exposcuut merita. Sic intelliguntur illa. c. ex insinuatione: & si alicuius. in fine. In duplici autem potest dispensare episcopus etiam illa vice: si hoc requirat ecclesie necessitas: vt in. c. pn̄tium. alias non potest illa vice: vt in. c. si alicuius. in princi. Et sic illud decretum antiquū. scilicet pn̄tium. determinat Gregl. in. c. si alicuius. & hoc determinat celestinus. in. c. nobis fuit. Cum simoniace vero ad beneficiū promoto & simōiaco fm Ray. Gof. & Ber. solus papa dispensare potest: & non alius: nec in illo beneficio: nec in alio scilicet si remanet in seculo. Est ar. s3 Ray. extra. e. de regularibus. fm vero Gof. & Ber. in. c. nobis. Finis eni huius. c. referri non debet fm Gof. ad eius principium: siue ad casum in eius prinᵒ positu3. s. de simoniace prōmoto non simoniaco: đ quo certum est q episcopus dispēsare potest: vt dictum est s̄. sed referri debet ad casum de simoniaco qui ponebatur in parte decisa illius đ cretalis: quem etiam intellectum ponit Ber. ibidem. Secundum vero Hosti. cum tali episcopus in duplici modo potest dispēsare: sed in simplici forte potest instante necessitate ecclesie: alias autem non. Innocē. autem đ hac materia sic notat: extra. e. super. c. de simoniace. scilicet q ignoranter simoniace promotus remanet in ordine sic recepto per dispensationem episcopi. i. q. 5. pn̄tium. In alijs aūt

ordinibus:vel beneficijs non simoniace habitis:etiam sine dispẽsatione manebit:et noua beneficia acquirit. Nouos autem ordines habere non potest:nisi primo dispensetur cum eo: in ordine simoniace habito: cum per saltum esse promotus.di.52.c.i. De ordinato vero simoniace scienter idem dicit cum alijs. De beneficijs autem distiguit sic scilicet quod si quis ignoranter obtinuit simoniace prelationem non potest episcopus dispensare vt habeat illam sed in simplici beneficio potest: sed dispensare non potest vt ad maiores ordines ascendat. i.q.5. §.i. Hec Innoc. Et idem dicit Hostie. ibidem in glo. Item episcopus potest dispensare secundum Ray. cum eo:qui sola voluntate siue intentione commisit occulte simoniam:quia non inuenit sibi prohibitum:ar. extra de sen. exco. nuper. immo etiam ex toto per condignam penitentiam liberatur:extra .e. mandato. Item secundum Ray. episcopus dispensare potest cum his: que sequuntur post legitimam penitentiam scilicet cum eo:qui ordinem vel beneficium contulit simoniace:vel fuit mediator simonie:dummodo sit occultum. Item cum eo:qui carnales preces interposuit pro indigno:nulla interueniente conditione:vel pactione. Item cum eo qui recepit ordinem simoniace in ordinibus antea rite susceptis. Item cum eo qui recipit beneficium simoniace postquam resignauerit in ordinum executione. Qui vero scit:vel credit conferentem eidem ordinem et beneficium contulisse principaliter propter obsequia vel carnales preces interpositas a se:vel ab alio: si indignus erat ex alio crimine quam ex illa simonia resignare debet:quia tunc huiusmodi succederent loco precij. Alias si dignus erat non tenetur:sed penitere debet de intentione corrupta. i.q.i. sunt nonnulli:et extra .e. mandato. Hec Ray. Sed nunquid episcopus cum eo qui recepit beneficium simoniace postquam resignauit:sicut in ordinum executione:ita etiam in ordinum receptione dispensare poterit? Respondet Rob. quod non. Cum enim non possit dispensare in beneficio recipiendo:quod est minus probabile:quod nec in ordine recipiendo:nisi intraret religionem: tunc enim fauore religionis episcopus dispensare posset si simonia occulta esset. Si autem manifesta:vel diffamatus in illa esset:non posset:quia si infamatus esset:tunc ad inquisitionem procedere:vel purgationem infamato indicere debet. Sed nunquid episcopus dispẽsare potest in simonia commissa circa officia mortuorum: benedictiones nubentium:sepulturas:chrismatis venditiões:sacrorum vasorum siue vestium benedictiones:et consimiles species minores? Respondet Hostie. quod sic secundum magistros post peractam penitentiam:quia non prohibetur:ar. extra de sen. ex. nuper. Nec obstat illud. i.q.i. erga. quia loquitur de simoniaco in dignitate. sicut et extra .e. nobis in fi. secundum Gof. Quod autem dictum est .s. scilicet episcopum dispensare posse debet intelligi quando non sibi:sed alicui sociorum eius ipso ignorante fuit pecunia data. Alias si ipse deliquisset:potestate dispensandi indignus esset:ar. extra de cle. coniu. diuersis. in fi. et .i.q.5. presentium. Et tunc vt dicit Rob. dispensaret papa:vel successor illius episcopi:aut alius iudex ordinarius illius clerici:puta si domicilium habet:vel beneficium in diocesi alterius episcopi. Vel etiam archiepiscopus secundum Ray. adhibita discretione in foro penitentiali. Et hoc debet intelligi secundum Rob. quando archiepiscopus habet hoc ex consuetudine:quod possit confessiones subditorum suffraganeorum audire. Alias non quia non est ordinarius iudex eorum:nisi in casibus expressis in iure inter quos non est iste. Ad hoc nota:quod secundum Ray. cum simoniaco fit quadruplex dispẽsatio scilicet parua:vt habeat laicam communionem. i. que datur laicis in pasca: vel alijs solentibus excommunicare. Magna vt post penitentiam in ecclesia alia remaneat in ordine suo. Maior vt etiam in eadem ecclesia remaneat:sed in minoribus ordinibus. Maxima vt etiam maiores in eadem exequatur:non tamen habeat prelationem. i.q.5.c.i Item secundum Gof. dispensatur aliquando semiplene scilicet:vt possit in minoribus ordinibus ministrare:extra qui cleri. vel mo. c.2. et .i.q.i. si quis habet. Plene scilicet vt ad sacerdotium: et non vltra ascendat:extra que cleri. c.i. et .i.q.7. conuenientibus. Plenius scilicet vt episcopus fieri possit:et non vltra. di.12. nos consuetudinem. Plenissime scilicet vt ad omnia dispensetur. 23.q.4. ipsa pietas.

Sequitur videre de .7°. s. specialiter de simonia prelatorum:quam committunt:vices suas:vel ecclesias pro censu annuo concedendo. Circa quod sciendum: quod aliquis prelatus suam prelationem:iurisdictionem:officium:vices suas circa ea: que sunt spiritualia .i. iurisdictiones:non debet pro precio concedere nec locare. Huius autem ratio est triplex: Prima est:quia hoc in grauamen subditorum et subuersionem iudiciorum cedit:extra .e.c.2.2a quia qui vicarium constituit:ei curam animarum tradit:extra de offi. vica. c. vlt. Et ideo qui pro vicaria pecuniam dat:vel accipit simoniam committit:extra de simo. ad nostram. Spiritualia enim vendi non

possunt:vt habitum est. s. z iurisdictio est spiritualis.i.q.3.ex multis. Unde z vendere gastaldionatum:vel iconomatum est simoiacū. i.q.i.si quis episcopus.z.i.q.3.saluator.Omnis enim potestas z omnis iurisdictio a deo ē z spiritualis esse videtur. Et est hoc.ar. fm Hosti.qꝫ si quis det pecuniam: vt promoueat̄ in imperatorem:vel potestatem :vel rectorem alicuius ciuitatis simonia committitur. 3ª ratio est. Cum prelatus gratis debeat iudicare i4.q.5.non sane.iudicium venale constituit:si quo deum z legem offendit. ii.q .3. qui recte.

Sed contra . Hec duo sunt paria quātū ad simoniam committendam scilicet spiritualia pro pecunia remittere :vel conferre :extra de simo.querelam.z de resti.veniens.z tamē episcopus cum consensu capituli potest sub annuo censu iurisdictionem remittere:extra de reli.do. constitutus. Rº Prelatus priuilegiū libertatis indulgens pro temporalibus : que remittit censum sibi retinet:extra de censi.cū venerabilem.Immo in traditiōe sue rei retinere potest qḋ sibi placet:extra de censi.quāto. Preterea :cēsus impositio non inducit viciū simonie:quia non imponitur vt iurisdictio remittatur:quia hoc esset simonia:extra ḋ trā sac.preterea.sed vt antiqua subiectio cōprobetur:extra de censi.omnis anima.z libertas prestita ostendatur:extra de priuile.recepimꝰ Ex predictis patet:qꝫ is qui iurisdictionem recipit pecuniam pro ea dare non debet.Ecōtrario vero is qui iurisdictionem alicui committit:potest z debet ei dare salarium in quāta parte non in quota:ar.expressum extra de offi.ordina. inter cetera . de appella. peruenit. Et talis habebit curam animarum z iurisdictionem delegatam:sed nō ordinariam : z ad tempus non imperpetuum quando vicarius constituitur:vel imperpetuum:quando adiutor perpetuus datur:vt patet in dictis prorie c. Sed nunquid licet alicui prelato suam ecclesiam sub annuo censu concedere: Et videtur qꝫ non per rubricam quartam quinti libri decretalium hoc prohibentem: z per eiusdeꝫ capitulum tertium. Sed qꝫ sic videtur p eiusdem.c.vlt. Ad hoc respondet Ber. ibidem qꝫ nomen eccclesie dicitur multipliciter Dicitur enim collectio malignātiū.ps. Odiui ecclesiam malignantium. Dicitur etiam ecclesia collectio fidelium.de conse.di.i.ecclesia. Dicitur etiam ambitus murorum.de cōsecra.di.i.de fabrica. Dicitur etiaꝫ corpꝰ christi.i.q.i.in ecclesia. Dicitur etiam prelatura ipsius ecclesie:extra.e.c.3.z in predicta rubrica.Et hoc mo do ecclesia prohibetur sub annuo censu concedi:vt patet ibidem.z extra ḋ simonia non satis .quia nec cōducticijs pṡbyteris debet ecclesia sic accepta cōmitti.dis. zi. q.z.precipimus. Dicitur etiam ecclesia ipse obuentiones prouenientes ratione ecclesie Et sic sumitur extra.e.c.finali. Et iste vendi possunt ab eo:qui habet ecclesiam intitulatā: vel commendatam sub censu certo .Intuenda est tamen pactio:vt patet ibidem.non obstante cōtrario diocesis statuto : vt extra ḋ loco.nostra.Et ḃ vsqꝫ ad tempus certū z modicum:non imperpetuum:nec ad tempus nō modicum dummodo ecclesiam nō tradat ad firmam laico.extra:ar.de eta.c.z.nec monacho.Ergo a contrario sensu potest eam tradere seculari clerico:extra ne cle. fm instituta. Sed z monasterij nomine potest modico tēpore:vt dicitur ibideꝫ. Nūquid pōt vēdi ecclesia hoc modo laico religioso: ar.qꝫ sic eꝫ ḋ.dci.quāuis sit gue.dūmō ñ habeat spūalē administratiōeꝫ:q: illā habere nō pōt:extra ḋ cōstitu.ecclesia sācte marie. z de rebus eccle. nō alie . cū laicuꝫ .Nec ecclesias regere:nec oblationes recipere debet.io.q.i.quia sacerdotes. z duobus.c.se.Et videtur ibi dici:qꝫ tales sūt excommunicati.Generaliter etiam prohibitum est omnibus laicis:qꝫ de spiritualibus se nullatenus intromittant:extra de arbi. cum contingit.Sic intellige illud extra de decimis quāuis.z.c.prohibemus.Nec excusare videtur auctoritas episcopi in hac parte:vt patet ibideꝫ.Potest ergo dici:qꝫ fructus ecclesie vendi possunt laico:nō tamen qꝫ admistret:sed potius alius ponetur qui sibi reddet :ar.extra de loca.nostra.Licet eni fructus ex spiritualibꝰ proueniant nō tamen sunt spirituales. Unḋ z possunt vendi ita tamen qꝫ in venditione siue in ista locatione nihil admisceatur spirituale:extra de rerum permu .ad questiones. Quid si quis prelatus fructus ecclesie sue vsqꝫ ad septimuꝫ annū vendat: z statiꝫ pecuniā totius septennij recipiat :z mox postea decedat: Nunquid successor stare tenetur venditioni: Respondet Gof.qꝫ non:quia cū beneficia sunt personalia:contractus de ipsis personas condecentiū excedunt:ar.extra de preben.nisi. Clericus eni vsufructuario cōparatur:qui vsufructū rei quē habet vltra suā vitā locare non potest. Unde si cōductor tales expensas circa rē ipsā fecerit sibi imputabit quia illū mori posse prospicere ḋbuit.ff.loca. z conduc.si quis doᵐ. Forte tamen ab heredibus vsufructuarij possunt expense repeti :ar. extra de rebus eccle.nō ali.ad audiētiā. Hec fm Gof. Secundum autem Hostiē. z Ber.

extra .eo.querelā.si pecūia in vtilitatē eccle/
sie sit conuersa:necesse ē: vt vel reddat pecūia
vel locatio sit rata.ar^m extra de sol' c.i.Alias
contra:extra de preca.c.i. Et imputet sibi is qui
pecuniā tradit:nisi forte impetratū esset a princi
pe speciali priuilegio:causa forte theologie:vel
peregrinationis terre sancte: vel alia causa ex/
tra de magistris.sup specula.Innocē.autē su
per.c.querelā.dicit.q si locatio fiat nomine
ecclesie:et vtiliter successor tenetur :extra de so
lu.c.i.secus est si inutiliter. Si autē nomine
suo locauerit:non intendens ecclesiam obli/
gare:non tenetur successor: sed nec heres ei⁹.
Et hoc est verum de ministro siue prelato ei⁹.
scilicet q successor tenetur habere totū ratū:
quod est a predecessore factum. Canonicus
tamen prebēdarius nunq̄ locare potest pre/
bendam suam vltra tēpus vite sue. Quid
si quis obliget fructus ecclesie :obuentiones
et omnia ad suam ecclesiā pertinentia: Nū/
quid transit commodum iurisdictionis:si iu
risdictionē habeat ecclesia: Rndet Hostien.
q sic.nisi sit excepta:licet non debeat speciali
ter vendi:vt dictum est supra:sicut et cum vni
uersitate transeunt tacite pl'a alia:vt patet de
iure. Nunquid prelatus potest fructus ec
clesie vacantis vendere: R° q non. Sz cō/
tra:quia vt dictuz est:hoc potest intitulatus q̄
est minor.g̃ et prelatus. Rndeo. Nō sequitur:
quia et in hoc prelatus est minor. Nam prela/
tus non habet ius in re.i.in fructibus:vt pa/
tet.ii.q.z.si quis episcopus.et habent necessa
rio gratis conferre:extra de preben. relatuz
Sed vbi pecunia datur gratificatio remoue
tur:vt insti.de mandato.§.fi.Nec eternuz pre
mium consideratur:extra.e.c.penul.Intitu/
latus autem ius habet in re.Ideoq̄ q̄diu vi/
uit potest vendere :et sic vsufructuario cōpa/
ratur:extra de pecu.cleri.c. fi. Quid si pre/
latus beneficium aliquod spirituale conferat
alicui:prouentibus sibi retentis: Rndeo. Si
prelatus non recepit ante donationez prouē
tus:sed alius:et ex donatione consequitur q
eos percipiat:simoniacum est. Si vero an̄ do
nationem perceperit:tunc aut ipse antedictū
constituit:q prouentus illius beneficij retie/
rentur ad tempus pro iusta causa : et necessa/
ria:et hoc est licitum.Aut conuenit cum bene/
ficiato:vel cum mediatore quocunq̄ : q reti
neret prouentus:et hoc est illicitum : extra vt
eccle be.sine di.cōfe.vt nostrū in fi. Nunq̄d
rector ecclesie p̄sbytero conducticio:vel condu
centi fructus ecclesie ad tempus curam pōt
committere: Rndeo. q sic:gratis tamen et si/
ne aliqua pactione:et episcopi auctoritate in/
teruenien te:extra de offi. vica.ad hoc. Sed ca
uendum est:ne hec duo admisceantur : ex̄ de
rerū permu.ad q̄ones . Hoc enim prohibet.
Et sic intellige illud.iz.q.z.precipimus . Vi
detur etiam: q cura committi possit ad tem/
pus permodicum episcopi auctoritate: profi
ciscendi necessitate imminēte:ar.extra de ma/
gr̄is.querelaz. Qd forte potest admitti p vnū
diem:vel per paucos dies.Alias contra.io.q.
i.per totum:quia nec rector ecclesie potest pe/
regrinari sine auctoritate episcopi . de conse.
di.5.Nec in totum suam iurisdictionem com
mittere.ff.de offi.pref.legatus.licet i quibus/
dam possit.ff.de iudi.pretor.§.i.et extra de pe.
et re.omnis.Ex supradictis colligitur: q ven
di vel emi non debet:nec potest ius percipien/
di fructus ecclesie:quia illud est spirituale: ex̄
de simo.non satis.et de rebus eccle .non alie.
ad audientiam. Sed ipsi fructus cum sint cor
porales possunt vendi:non quidem a prelato
qui ius habet conferendi:sed a beneficiato q̄z
diu ipse viuit: ar .ex̄ vt bn̄.eccle.sine dimi.cō
fe.c.i.§.fi. Ad hoc nota: q is qui iurisdi/
ctionem aliquam per pecuniam acquirit : ab
officio sic adepto et a clero est remouendus.
Concedēs āt cōferendi potestate priuatur:
vt quilibet in eo in quo deliquit puniatur: vt
extra de mgr̄is.c.i.et.5. Et quandoq̄ depōit.
di.8i.dictum.Quandoq̄ ad tempus suspen/
ditur.i.q.i.quisquis.

Sequitur videre de.8.s.de doctrina et
docēdi licentia.vtrum committatur
simonia si pro eis exigatur pecunia.

Et circa hoc queruntur plura.Primo vtrū
religiosus et maxime monachus possit et debe/
at in magistrum assumi. Respondeo s̄m Ho
sti. Talis aut ingerit se:et sic est repellendus
Aut mittitur a suo superiore:et licētiatur ab
eo ad quem pertinet:et sic est admittēdus.i6.
q.i.moderamine.et. c.sunt nonnulli. dū tñ a
prohibitis abstineat scientijs.Cum enim spe/
cialiter prohibeatur religiosis de aliquibus sci
entijs:extra ne cleri.non magno.videtur hoc
concessum de alijs:extra de presump. nonne.
maxime de theologia ad quam omnes indistī
cte debent admitti :quia omnes inducit ad
bonum extra .e.super specula .Hoc etiaz exi/
git animarum salus et vtilitas communis :vt
dicitur ibidem que preferri debet priuate. Vn
de in hoc potissime debet monachus abbati
obedire:cum hoc exposcat non tantum vtili/
tas proprij monasterij:sed generalis ecclesie:
ar.i6.q.i.monachi.P̄ .Si monachus pre cete
ris ratione vite et scientie est idoneus quare
nō poneretur melius in cathedra q̄ seculari

clericus: qui eo minus idoneus sit? secundum Chryso.ar. di.40. multi sacerdotes. et Ambrosiu.16.q.i. doctos. et c. sequenti. maxie cum gratis doceant: et sic in hoc casu ecclesie cathedrales relevari valeat. Unde non sut prohibedi sz ociliu Lateranese et geneale ociliu ex de magi. c.i. et penltio. Nec obstat: qp sz Hieronymu monach⁹ n docetis: sed plangent| habet officium: nec debet pascere sed pasci. 16.q. i. monachus. et in mltis. c. sequentibus. quia illud verum est: nisi eligatur ad illud officiuz.

Utrum magister a scholarib⁹ possit levare collectam? Rndeo. Dicunt doctores indistincte qp sic. si non percipiat salarium de publico quia non tenetur proprijs stipendis militare ar. iz.q.z. quicunqz. et c. ecclesiasticis. Ideo statutum est: qp in omnibus locis in quib⁹ suppetunt ecclesie facultates: sive sit cathedralis ecclesia sive alia: ponatur magister i gramatica: cui competens beneficium assignetur: vel fructus vnius prebende percipiat: non tame qp propter hoc canonicus fiat: extra de magistris: quia nonnullis. §.i. Qd antiquitus de omnibus ecclesijs: et per Alexandrum tantu de cathedralibus ecclesijs statutum fuit: ex de magistris. c.i. Intelligendum autem qp magister pro labore suo in quacunqz scietia potest accipere pecuniam. Unde Proverbio. z3. Veritatem eme. Gratis tamen debet dare scientiam: aliter committeret simoniam. Nam scientia est donum dei. Unde Exodi. 3i. Posuit deus in corde suo. Dicit ibi glo. qp scientia est donum dei. Et Math. io. dicitur. Gratis accepistis gratis date. Et Proverbio. z3. dicit. Noli vendere sapientiam et doctrinam et itelligentiam. Sic distinguit Alexader de anglia

Quid si magister festum de iure colenduz: vel de consuetudine non velit cocedere scholaribus colendum: nisi pecunia sibi data: vel econverso diem non colendum concedat colendum pro pecunia? Rndet Ray. qp comittit simoniam. Et addit Rod. qp si magister p pecunia scholaribus cosetiret cessare aliquo die a lectionibus: propter recreationem: sicut fieri solet ab auctoristis: non esset simonia: sz turpe lucru. Quid si eo pacto recipiatur aliquis magister in canonicum: vt teneat scholas? Rndeo. Dicut quidam hoc esse simoniacum: quia omnis pactio cessare debet. Vacante tamen prebenda illud onus posset ei annecti: extra de preben. significatum. Hoc notat etiam Ber. extra. e. quia nonnullis. Sed et sz Hostien. videtur qp posset tali pacto recipi: q si permutatio fieret de spirituali ad spiritualem: vt extra de rerum permu. ad questiones.

Nunquid currit tempus sex mensium canonicis qui prebendam assignaverunt magistro si non eligant? Respondeo: qp non: vt dicit Ber. auctoritate concilij: qp nec beneficiu vacare dicitur: dum magister est ibi: extra. e. quia nonnullis. licet currerent si fructus ad tempus retinuisset: ar. extra vt benefi^a eccle. vt nostru. Quid si nlla prebeda vacet? Rndeo fm Ber. Expectetur donec vacet: ex de preben. dilectus. z. Vel fm Hostien. quilibet de ecclesia det tantum de suo qp faciat vnaz prebendam: ar. extra de his que fi. a ma. parte ca. c. finali. Nec obstat illud extra de preben. ca. antepenultimo. quia intelligitur quando qs privatus volebat recipi: petens sibi prebenda assignari: que defalcaretur de prebendis aliorum. Ergo in illa donatione versaretur vtilitas privata. hic autez publica que est private preferenda. Insuper autem statutum est qp i ecclesia metropolitana theologus et grammaticus ponatur: nisi de ambobus nimis gravet Et tunc per metropolim theologo provideri debet: et per aliam ecclesiam civitatis: vel diocesis gramatico. Et tales magistri clericos eiusdem ecclesie et etiam pauperes extraneos debent gratis docere: sed ab alijs extraneis divitibus possunt collectaz levare. Sic intelligut illud: extra eodem. c. primo. et c. q2 nonnullis Unde fm Ber. ibidem. magister cui et beneficium competens est constitutum: collectaz a divitibus petere potest scilicet ab extraneis. Secundum autem Hostiensem. si magister sit pauper: vel obligatus: sive percipiat salarium: sive non: licite recipit collectam. Cum enim scholares teneantur cuilibet in necessitatibus subvenire: multo fortius magistro. Est ergo docentis necessitas relevanda: vt extra de magistris: quia nonnullis. Et est ei dandum inspecta scientia: facundia: et labore: extra de prebendis. de multa. et ispecta dignitate et facultatibus scholarium. ff. de administra. tu. cuz plures. §. procurator. Si vero nulla necessitas immineat magistro et habeat salarium: vel etiam beneficium sufficiens ad victum et vestitum: nihil exigere debet. Potest tamen accipere gratis oblatum: vt extra de simonia. dilectus filius. in fine. et i.q.i. placuit. Si vero non habeat salarium nec beneficium vel si habet non tamen sufficiens: vel non percipit i scholis quateus deberet exigere potest vt dictum est supra. Et videtur Hostien. innuere: qp tunc non tantum ab extraneis: sed etiam a clericis illius ecclesie exigere potest p exemplum episcopi: qui subsidium requirit a subditis. Sed si non indiget: et tamen requi-

